




C
10
15
18
21

P
14
18



#

CAROLI A LINNÉ

EQVITIS AVR. DE STELLA POLARI
S. R. M. SVEC. ARCHIATRI MED. ET BOTAN.
PROF. IN ACAD. VPSAL. REL.

MATERIA
MEDICA

EDITIO QVARTA AVCTIOR

CVRANTE

IO. CHRIST. DAN. SCHREBERO

SEREN. MARGGR. BRAND. ONOLD. ET CVLMB.

A CONSIL. AVL. MED. ET PHIL. D. ET PROF.
IN ACADEMIA ERLANG.



LIPSIAE ET ERLANGAE
APVD WOLFGANGVM WALTHERVM

clō 1ō cclxxxii.

ARNOID
ARBOREUM
HARVARD
UNIVERSITY

34973
Nov. 27, 1923

ALBERT
GARDNER

UNIVERSITY OF CALIFORNIA
LIBRARY

STANFORD UNIVERSITY
LIBRARY

UNIVERSITY
HARVARD
MUSEUM OF
ARTH AND
ARCHITECTURE

P R A E F A T I O

EDITIONI PRIORI MATERIAE MEDICAE

REGNI VEGETABILIS

P R A E M I S S A.

OPVSCVLVM hoc de MATERIA MEDICA in gratiam Discipulorum, Studiosorum Vpsalienfium, conscripsi. Curavi ut evaderet liber mole parvus, nec foret oneri discentibus, heic etiam sufficit pauca, sed certa nosse, ut firmo dein fundamento vastissimam eruditionis molem superstruant tandem maturi Practici, institutis observationibus propriis selectissimis. Sciant autem eruditi Medici, me minime heic ipsis scripsisse; tanta enim hodierna medicina superbit virium medicinalium copia, ut non arcto libello capiatur, sed potius proprio pondere ruat.

SIMPLICIA tantum heic promo, ex quibus composita dein conficienda et dijudicanda sunt. Quis enim de compositis iudicium ferret, qui ignarus esset simplicium proprietatum? Sunt Simplicia desumpta e triplici Naturæ Regno: e Lapideo, Vegetabili et Animali; heic VEGETABILIA tantum depromsi, quæ maximam constituunt Materiae Medicæ partem, alii tempori reservans cetera, cum debeant singula Naturæ Regna propria methodo proponi *).

SVECICA OFFICINALIA tantum in hoc opus introduxi, cum instruerem Alumnos olim futuros per Sve-

) (2

ciam

*) Prodierunt deinde sub dissertationum academicarum forma:

Materia medica e regno animali. 1750. recusa in *Amœnit. acad.*

Vol. II. p. 307.

Materia medicinalapidea. 1752. recusa in *Amœnit. acad.* Vol. III. p. 132.

PRAEFATIO.

ciam Medicos, adeoque plantas vix alias, quam quas PHARMACOPOEA HOLMENSIS (*Medicinal - Ordningar. Stockb. 1742. oct. p. 90.*) jubet, assumfi, et eas quidem omnes nulla exclusa, quamvis multæ et excludi possent et deberent.

INVSITATAS tamen nonnullas, viribus eximias et quibus commode carere nequeunt ingeniosi Medici, non potui non addere, quarum tamen catalogum heic sistam, ne Pharmacopolas sollicitent juvenes Medici de plantis, quas colligere et asservare, ex Constitutionibus regiis, nondum tenentur; sunt hæ:

INDIGENAE.	HORTENSES.	EXOTICAE.
Rad. <i>Britannic.</i>	Rad. <i>Lapath. sangn.</i>	Rad. <i>Alcann. ver.</i>
<i>Aitæa.</i>	Herb. <i>Anni veter.</i>	<i>Ginseng.</i>
<i>Barb. Hirci.</i>	<i>Camphorata.</i>	<i>Senegæ.</i>
<i>Bolet. Cervin.</i>	<i>Coridis.</i>	Lig. <i>Cassines.</i>
<i>Eupatorii.</i>	<i>Laurocerasf.</i>	<i>Ebeni.</i>
<i>Salep.</i>	<i>Melissæ.</i>	<i>Pavanaæ.</i>
<i>Telephii.</i>	<i>Scroph. aquat.</i>	<i>Profluu.</i>
Stip. <i>Dulcamar.</i>	Bacc. <i>Belladonæ.</i>	Cort. <i>Simarub.</i>
Herb. <i>Cotulæ.</i>		Herb. <i>Auricular.</i>
<i>Lamii.</i>		<i>Acmellæ.</i>
<i>Lini cathart.</i>		<i>Fung. Melit.</i>
<i>Linnæa.</i>		<i>Peragua.</i>
<i>Myrt. Brabant.</i>		Fruct. <i>Fagara.</i>
<i>Musc. Cumatil.</i>		<i>Nucul. Sapon.</i>
<i>Canini.</i>		<i>Pimentæ.</i>
<i>Erethi.</i>		<i>Oryzæ.</i>
<i>Islandici.</i>		Succ. <i>Hypocistid.</i>
<i>Pyxidati.</i>		<i>Sojæ.</i>
<i>Pedicularis.</i>		<i>Sagu.</i>
<i>Vulvaria.</i>		<i>Vernicis.</i>
<i>Vvæ urfi.</i>		
<i>Xanthii.</i>		
Bacc. <i>Norlandicæ.</i>		
<i>Vitis idæa.</i>		
Sem. <i>Datura.</i>		
<i>Fagopyri.</i>		

METHODO in singulis Plantis usus sum conformi, eaque compendiosissima, plantam unamquamque Octo lineis complectens, ordine eodem semper positus; scilicet

Nomen

PRAEFATIO.

Nomen. 1.
Synonymon. 2.

Locus. 3.
Pharmaceuticenn. 4.

Qualitas. 5.

Vis. 6.

Vsus. 7.

Compositum. 8.

SPECIES reduxi ad recepta a me Genera et Clafes, ut certius innotescerent Botanicis Plantæ, DIFFERENTIAM, qua Species a Congeneribus distinguitur, sedulo adjeci, FLORAM SVECICAM de plantis indigenis semper allegavi, ut Lectori Nomina vernacula, simulque Loca indicaret, ne ab Exteris regionibus indigenas plantas arcessere cogantur Pharmacopœi Nostrates. HORTVM VPSALIENSEM similiter in subsidium vocare numquam intermisi de plantis in Hortis nostris nascentibus, ut ex eo innotesceret Pharmacopœis, quas plantas nostrum Solum facilius aut difficilius ferat, ne aut frustra repetant multoties a nobis instituta experimenta, aut ab exteris oris arcessant, quæ in nostris æque facile ac exteriorum germinant Hortis.

DVBIAS, in Specierum determinatione occupatus, miratus sum dari adhuc plurimas, in Officinis pharmaceuticis tritissimas et quandoque a seculo nati Salvatoris usitatissimas; hæ in tanta Botanicæ luce, quæ hodie est, destituuntur Descriptionibus et Figuris aptis, ut circa has ideo cæcutiamus sæpe ferendo die. Ne autem quis mihi objiciat, quod species dubias festinanter nimis determinaverim, en Catalogum earum, quas hæsitans adposui, ut si cui Botanico in posterum aliquas ex hisce inspicere contingat in loco, ubi colliguntur pro officinis, de iis sollicitè inquireat, qua fide nobis innotuerint.

Rad. *Behen rub.*
Centrajeru;

Cort. *Canell. alb.*
Simarubæ.

Succ. *Ammoniacum.*
Animi.

Costæ.

PRAEFATIO.

<i>Costi.</i>	<i>Thymiamat.</i>	<i>Bdellium.</i>
<i>Galangæ.</i>	Herb. <i>Spicæ ind.</i>	<i>Benzoë.</i>
<i>Hermodact.</i>	Sem. <i>Anis. Stellat.</i>	<i>Bals. Mecha.</i>
<i>Salapæ.</i>	<i>Anomi.</i>	<i>Peruv.</i>
<i>Ipecacuanh.</i>	<i>Cocculi.</i>	<i>Tolu.</i>
<i>Ninfi.</i>	<i>Cinæ.</i>	<i>Caranna.</i>
<i>Parajrebrav.</i>	<i>Cubebæ.</i>	<i>Elemi.</i>
<i>Schænanthi.</i>	<i>Danci cret.</i>	<i>Galbanum.</i>
<i>Zedoariæ.</i>	<i>Myrob. indic.</i>	<i>Myrrha.</i>
Lign. <i>Aloe.</i>	<i>Bellir.</i>	<i>Olibanum.</i>
<i>Aspalath.</i>	<i>Chebul.</i>	<i>Opopanax.</i>
<i>Brafilienf.</i>	<i>Citrin.</i>	<i>Sagapennum.</i>
<i>Fernambuc.</i>	<i>Paradisi.</i>	<i>Styrax liqu.</i>
<i>Ebenum.</i>		<i>Sang. Dragon.</i>
<i>Nephrit.</i>		<i>Tacamahaca.</i>
<i>Rhodium.</i>		<i>Rhus.</i>

SYNONYMON unicum in singulis plantis mihi pro compendio fatis erit, quod præcipue a *C. Baubini pinace* mutuatus sum, unde reliqua desumi et evolvi possunt in plantis Europæis; at in Exoticis et Indicis selectissimum quoddam adduxi ab *Horto Malabarico* aut *Plukenetio* vel alio desumptum, ut eo certius innotesceret planta: ubi vero *Dubium* de planta fuit, plerumque signum (?) dubitationis adjeci.

NATALIA loco cujuscunque plantæ indicavi, ut constet unde singulæ arcessantur, quæ notitia maxime Pharmacopolis necessaria est. Cum autem Plantæ Suecicæ indigenæ etiam in adjacentibus regionibus proveniant, ut evitarem plura verba, *Europam nostram* septentrionalem adposui, quod plantam Suecicam indicat. Ad finem Lineæ Tertiæ uno alterove vocabulo *Culturam* pharmacopœis monstravi.

Vulgares dixi, quæ sponte apud nos crescunt.

Cicures vero Exoticas, quæ semel in Hortos nostros introductæ, facile per se subsistunt ex Annuo semine vel Perenni radice.

PRAEFATIO.

Manfuetas autem, quæ more Animalium manfuetorum apud nos pulchre degunt, modo per hyemem tecta subeant vel parum a gelu defendantur.

Feras nominavi eas, quæ Ferarum instar toto anno intra claustra Caldarii coërcendæ et custodiendæ sunt, ne aufugiant pereantve, quales vix Fructum nostro sub climate ferunt.

Peregrinas dixi plantas, quæ Europæis Hortis vix unquam innotuere, adeoque e Peregrinis terris arcessendæ.

Durationem, ut Cultura eo clarius innotesceret, unico verbo adjeci.

Semestris.

Annua.

Biennis.

Perennis.

Fruticulus.

Frutex.

Arbustula.

Arbor.

PHARMACOPOEORVM Nomina, sæpius licet absurda, sancte servavi, utpote complurium seculorum auctoritate, ratione legibusque exempta.

Simplicia, quæ ex singulis plantis desumuntur, secundum modum nascendi indicavi.

Radix.

Lignum.

Cortex.

Folia.

Succus.

Flos.

Fructus.

Semina.

Præparata partibus immiscui, ea tamen lege, ut præparatum semper sequatur partem ex qua præparatur, ut si e. gr. oleum adsit, intelligatur istud præparari ex parte proxime antegressa; sunt præparata hæc

Aquæ destillatæ.

Oleum Stillatitiam.

Oleum Empyreumat.

Oleum Cœlium.

Oleum Expressam.

Spiritus.

Essentia.

Extractum.

Sal.

Conserua.

Syrupus.

Rob.

Conditum.

Confessio.

PRAEFATIO.

QUALITATES sunt Sensibus externis evidentiâ attributa. Odor a Naribus determinatur et Volatilia indicat. Sapor a Lingua percipitur et aquæ Solubilia manifestat. Superficies Oculis plerumque dignoscitur, et Colores, Consistentiam, aliaque determinat.

SAPORE: *Fatua, Inspida, Aquosa, Herbacea;*
Oleracea, Mucilaginosâ, Pinguis, Dulcis;
Aromatica, Acris, Pungentia;
Calida, Feruida, Ignea, Urentia;
Salsa, Acida, Austera, Styptica;
Amara,

ODORE: *Inodora, Fragrantia, Suaveolentia.*
Ambrosiaca, Hircosa, Graveolentia.
Fœtida, Tetra. Nauseosa.

SVPERF. *Colorata: vario colore, Tinctoria.*
Ossea, Friabilia, Porosa, Lactescentia.
Tenacia, Glutinosa, Spumescentia,
Gummosa, Resinosa, Gummoso-Resinosa.

Fidem, quam singulis simplicibus adhibent Medici hodierni, interdum uno alterove vocabulo indicavi.

POTENTIAM agendi itidem in Quinta Linea adposui.
Dubia, Infida, Præstantia,
Eximia, Heroica, Cauta.

MODVM præscribendi sæpius omisi, rarius addidi:
Externa, Pretiosa, Culinaria.

FREQVENTIAM præscribendi hodie præsertim apud nostrates:

Raviora, Frequentia, Trita, Usitata,
Infueta, Infrequentia, Exoleta.

VIRES in Sexta Linea habentur, quæ theoreticam actionem medicamentorum docent. Sunt hæc, si paucas excipias, sæpe mere speculativa; hinc parcus in his fui. Ne termini hi artes numero oneri essent tyronibus, in proximis paginis methodice eos disposui sub sequentibus classibus: *Evacu-*

PRAEFATIO.

<i>Evacuantia,</i>	<i>Alterantia,</i>
<i>Muscularia,</i>	<i>Nervina,</i>
<i>Visceralia,</i>	<i>Topica.</i>

vsus in septima Linea allegavi, sed parcus in his fui; potuiffem facile hic corrasiffem immanem copiam Medicamentorum, sed praestat hic pauca nosse quam multa; hujus enim oneri dudum succubuit Medicina, nec formulis restituenda; proinde in gratiam Tyronum non alios usus produxi, quam quos multis experimentis probarunt Auctores, vel quos ipse sufficienti experientia edoctus, fidos reperi; exanimavi enim, praesertim olim Nosocomiis classis navalis praefectus Medicus, Simplicia, quotquot licuit, omnia, et infida atro carbone, Tuta albo calculo notavi. Nilominus interdum coactus et anceps signum *Dubitationis* (?) adposui; at ubi maxime de medicamento specifico convictus, signum *Exclamationis* (!) addidi.

COMPOSITA pauca allegavi, cum mihi de compositis plerisque sit peculiaris sententia; qui velit plura composita eaque receptissima singulis plantis inferere, poterit hoc facile supplere e Commelino vel alio. Collega meus, Clariss. D. D. N. ROSÉN, Archiater Regius, incepit laborantibus Compositis medicas manus addere, absolvere non dum ipsi licuit obruto majoris momenti negotiis; optaveram Ejus selectas Formulas allegasse, si prius prodiiissent, sed addant auditores post hac, dum prodeunt, ut jungant jungenda.

HAEC absolvi, Discipuli dilectissimi, unice ut vobis infervirem.

Dabam VPSALIAE 1749.

d. 28. *Januarii.*

))((

LE

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

IO. CHRIST. DAN. SCHREBERVS.

Cum materia medica perillustr. a Linné, libro ad cognoscenda medicamenta simplicia apprimè utili, officinæ librariæ jam per plures annos caruissent, neque ab excellentissimo auctore nova expectanda videatur editio; Waltherus noster, ubi a multis eum desiderari animadverterat, consilium cepit illius typis repetendi, atque ut editionis curam susciperem rogavit. Difficilem fore intellexi, siquidem in illo aliqua erant immutanda, quædam illi addenda; quæ omnia ad mentem auctoris efficere maxime videbatur arduum. Cedendum autem erat et Waltheri precibus et auditorum desiderio; neque spes certa deerat editionem quæ novissimas celeberrimi auctoris de rebus unde medicamenta sumuntur contineret sententias, aliis quoque materiæ medicæ cultoribus et gratam fore et utilem, quamvis post perillustr. a Linné non defuerint, qui simplicium medicamentorum notitiam quam accuratissime tradiderint.

Impetrata igitur ab excellentissimo auctore, præceptore summa observantia semper colendo, venia, prelo illum denuo subjiciendi; et de præcipuis ad quæ in eo recensendo attendendum esset momentis, admonitus, regno vegetabili, quod in prima
edi-

PRAEFATIO.

editione solum prodierat, duo reliqua secundum novissimam systematis naturæ editionem in alium ordinem redacta, adjunxi; illud vegetabilibus, in pharmacopolia nondum ubique receptis, sed a perillustri auctore dignis quæ inter medicamenta vulgo venalia referantur habitis, auxili: nomina tam generum quam specierum ex Sp. plantarum, Systemate naturæ et Mantissis correxi, additis ubique harum nominibus trivialibus; loca natalia, ubi plura, vel certiora inveni, indicavi; qualitates, vires ususque plures addidi; ea tamen adhibita cautione, ne quid propria auctoritate, quod a celeberrimo libri auctore non profectum esse censeretur, admiscerem.

Fontes, e quibus ista hausi, sunt perillustr. a Linné opera, quæ post editam materiam medicam prodierunt; inprimis *Systema naturæ*, *Genera et Species plantarum* harumque *Mantissa utraque*; *Amœnitates academicae*, et *Clavis medicinæ*; tum ejus in materiam medicam *prælectiones*, a variis amicis omni diligentia calamo exceptæ. Scripsi Erlangæ d. XIII. April. cIoIo cCCLXXII.

In nova hac libri aurei, quem Hallerus inter optimos auctoris referre solebat, editione *) omnem adhibui operam diligentiamque, ut mendæ typographicae, quæ in priorem irreperant, sedulo corrige-

))((2

ren-

*) Quarta est, quæ nunc prodit, editio; primum enim *Materia medica regni vegetabilis* Holmiæ 1749. *animalis* Vpſaliæ 1750. *lapidei* ibid. 1752; tum *tria regna conjunctim*, curante Cel. *Tessari*, Venetiis 1762, edita sunt.

PRAEFATIO.

rentur; vocabula technica passim exactius ad amussim *Clavis medicinae* b. auctoris accommodavi; voces aliquas, et paragraphum 713, quæ amico prioris editionis curam mecum partienti, per festinationem exciderant, restitui. Præcipue autem simplicia quædam, quibus b. auctor materiam medicam augeri voluit, in priorem editionem nondum recepta, ex *observationibus in materiam medicam*, Vp-faliæ 1772 e cathedra defensis, et quibusdam aliis dissertationibus suis locis inferui. Ad ductum istius dissertationis Resinam Copal e Rhois genere exemptam inter Obscuras rejeci; ex his vero Myristicam in Dioeciam Hexandriam transtuli, quo hoc genus a Cel. *Aublet* in *hist. pl. Guianens.* p. 904. sub nomine *Virolæ* refertur. Terram Catechu, quæ secundum nuperrimas observationes non *Arecae* Catechu, sed *Mimosæ* progenies est, ad hoc genus amandavi. Ad didi præterea in infimo quarundam paginarum margine observationes auctoris in officinalia nonnulla, e supra laudata dissertatione, iisque aliquas immiscui ad notatiunculas, uncis [] sicut reliqua a memet ipso passim adspersa, inclusas. Ne autem cum mole pretium libelli nimis auferetur, indices aliquos, minus necessarios vivos, abscidi. Tabulam æneam quoque, qua icon *Ophiorrhizæ* *Mungos* continebatur, cum non valde laudabilis esset, omisi, meliorem, cum caractere plantæ emendato, peculiari libello editurus. Scr. Erlangæ d. xxv. Sept. MDCCCLXXXI.

AVCTO-

AVCTORES

PRIMARI ET VSITATISSIMI.

1. DIOSCORIDES Pedacius, *Anazarbeus Siculus.*
 Libri IV. de Materia Medica.
Scripta Neronis aetate. Prodiit variis locis. Experta.
2. SCHROEDERVS Iohannes. *Medicus Francof.*
 Pharmacopœia medico chymica.
Vlm. 1641. qu.
3. PAULI Simon. *Medicus Regis Daniæ.*
 Quadripartitum Botanicum.
Argentorati 1667. quart. p. 660. Compilata.
4. KOENIG Emanuel. *Medicus Bafleenfis.*
 Regnum Vegetabile.
Bafil. 1688. quart. pars 1. p. 166.
Bafil. 1696. quart. pars 2. p. 271. Compilata.
5. RAYVS Iohannes. *Theologus Cantabrigiensis.*
 Historia Plantarum.
Londini 1686. fol. p. 1940. Conquista.
6. DALEVS Samuel. *Medicus Anglus.*
 Pharmacologia.
Lugd. bat. 1739. quart. p. 459. Botanica.
7. POMET Petr.
 Histoire générale des Drogues.
Parif. 1694. fol.
8. VALENTINI Mich. Bernh. *Prof. Med. Gieff.*
 Museum Museorum.
Francof. 1704. Tom. I. 1714. tom. II, III. fol.
9. TOURNEFORT Ioseph. Pitt. *Prof. Bot. Parif.*
 Histoire des Plantes des environs de Paris.
Parif. 1698. oct. p. 545. Chemica.
10. HERMANNVS Paulus. *Prof. Bot. Leydens.*
 Cynofura Materiæ Medicæ.
Argentor. 1726. quart. p. 728. per I. BOECLER. Limata.
11. CHOMEL Ioh. Baptist. *Medic. Parifin. S. R. P.*
 Abrégé des Plantes ufuelles.
Parif. 1715. duod. Vol. 2.
 Supplement.
Parif. 1730 duod.
12. ZORN Barthol. *Med. Doct.*
 Botanologia Medica.
Berolini 1714. quart. Germanice. Compilatiffima.

AVCTORES.

13. BUCHWALD Iohannes. *Prof. med. Haffn.*
Specimen Medico Practico - Botanicum.
Haffniæ 1721. octav.
14. BOECLERVS Iohannes. *Prof. Bot. et Chem. Argent.*
Cynofuræ Materiæ Medicæ (7) Continuatio.
Argent. 1731. quart. Limata.
15. BOERHAAVIUS Herm. *Prof. Bot. Leydensis.*
Historia Plantarum.
Londini 1731. oct. Conquisita.
16. GESNERVS Ioh. Alb. *Archiater Wirtemb.*
Pharmacopœa Wirtembergica.
Stusgard. 1741. fol. 1772. fol. Nitida.
17. GEOFFROY Steph. Franc. *Prof. Mat. Med. Parisf.*
Traçtatus de Materia Medica. Vol. 1. 2. 3.
Parisf. 1741. oct. Elaborata.
18. ab HALLER Albert. *Soc. R. Gotting. Præses.*
Stirpes Helvetiæ.
Gotting. 1742. fol. Bernæ 1768. fol. Selecta.
19. RUMPHIUS Ge. Eberh. *Mercator et Consil. Amboin.*
Herbarium Amboinenfe.
Amftelod. 1741 - 1751. fol. vol. 7.
- [20. CARTHEVSEI Io. Frid. *Prof. Francof.*
Fundamenta Materiæ Medicæ.
Erf. ad Viadr. 1749. 1767. tom. I, II. oct.
21. LEWIS Wilh.
Experimental hist. of the mat. med.
Londini 1761. qu. anglice. Tiguri 1771. german.
22. GLEDITSCH Io. Gottl. *Prof. Bot. Berolin.*
Verzeichniß der arzneygewächse.
Berol. 1769. oct.
Wiffensch. der arzneymittel.
Berol. oct. tom. 1. 1779. tom. 2. 1779.
23. SPIELMANN Iac. Reinb. *Prof. Argent.*
Instituciones Materiæ Medicæ.
Argent. oct. 1774.
24. MURRAY Io. Andr. *Eques, Prof. Bot. Gotting.*
Apparatus Medicaminum.
Gotting. oct. vol. 1. 1776. vol. 2. 1779.
25. BERGIUS Pet. Ion. *Prof. Holm.*
Mat. Med. e regno vegetabili.
Holm. oct. tom. 1. II. 1778.

CANONES.

1. Non post Rationem MEDICINA inventa fuit, sed post inventam Medicinam RATIO quæsitæ est. *Celf.*
2. Duo in MEDICINA FVLERA sunt: Ratio et Experientia; *Experientia* præcedit, *Ratio* sequitur; hinc Rationes in rebus medicis Experientia non conditæ, nihil valent. *Hoffm.*
3. Mallem famoso EMPIRICO, quam subtili Mechanico, salutem meam committere. *Goelik.*
4. BARBARI plus ad augmentum Medicaminum contulerunt, quam omnium ætatum scholæ. *Brunn.*
5. Serio suadeo Medicinæ Candidatis, EVPORISTA magnopere sibi commendata habeant. *S. Paull.*
6. Qui et multa et UTILIA scit, ille sapit. *Contra Aesculap.*
7. PAVCIS utatur Medicus Remediis, iisque Selectis. *Trit.*
8. SELECTA sunt, quæ Medicum nobilitant.
9. Qui potest mederi SIMPLICIBVS, dolose et frustra quærit composita. *Villanov.*
10. Qui longas remediorum FORMVLAS præscribit, aut dolo peccat aut ignorantia. *Trit.*
11. Qui miscet CONTRARIA, ægrum, pharmacopœum, et se ipsum pessundat.
12. Plurima medicamenta elaboravit CHEMIA, sed nulla detexit.
13. Medicus NOTITIA PLANTAE destitutus, de viribus ejusdem nunquam iuste iudicavit.
14. Systemate, Qualitate et Experientia eruitur omnis usus plantarum.
15. Regnum VEGETABILE præstantissima, LAPIDEVM durissima, ANIMALE paucissima producit Medicamina.
16. ESCULENTA conservant, VENENA restitunt sanitatem.
17. Alimenta a Toxicis, uti Medicamenta a Venenis, non Natura sed DOSIS distinguit.
18. Omne NIMIVM, quamvis optimum, Naturæ inimicum est.
19. ADSVETA conservant, MUTATA frangunt Naturam.
20. CONTRARIA contrariis et MORBI MORBIS curantur.
21. Tituli REMEDIA, Pyxides Venena habent. *Agripp.*
22. Medicamentis uti, nisi in vehementibus malis, SUPERVACANÆVM est *Celf.*

CANONES.

23. Medicamenta HEROICA, in manu imperiti, sunt uti gladius in dextra furiosi. *Trit.*
24. Vbi VNICA VIA salutis, ea licet cum periculo est tentanda.
25. Satius est ANCEPS experiri remedium, quam nullum.
26. Quos Ratio non curavit, sæpe curavit TEMERITAS. *Cels.*
27. Ius vitæ sui ipsius MEDICO sapienti tradat æger.
28. Natura arte adjuta, interdum facit MIRACVLA.
29. Felix est iste pulvis, qui venit TEMPORE Criseos.
30. NATVRA repugnante, Medicina nihil proficit. *Cels.*
31. PRVDENTIS est MEDICI, eum, qui servari nequit, non attingere, ne videatur occidisse, quem ipse fors interemit. *Cels.*



P O N D E R A.

Gr. Granum	1.	-	-	-	GUTTA sepe æqua-
					lis grano.
Θ. SCRVPVLVS	20.	-	-	-	Grana 20.
3. DRACHMA	60.	3.	-	-	Scrupuli 3.
ξ. VNCIA	480.	24.	8.	-	Drachmæ 8.
ⱒ. LIBRA	5760.	280.	96.	12.	1.
	Gr.	Θ.	3.	ξ.	ⱒ.
P. PUGILLVS quod 3 digitis capitur.					Drachma 1.
M. MANIPVLVS quod manu comprehend.					Pugilli 4 f. ξⱒ.
F. FASCICVLVS	-	-	-		Manipuli 12.
Ch. COCHLEARE	-	-			Vncia 1.
Q. MENSVRÆ Quadrans	-	-			Libra 1.

S I G N A

A NOBIS VSITATA.

∇. AQVA destillata.

∩. SPIRITVS.

⊙. OLEVUM expressum.

⊙. OLEVUM coctum.

⊙. OLEVUM stillatitium.

⊙. OLEVUM empyreumaticum.

℞. TINCTVRA.

⊕. PVLVIS.

)()()(

TER.

TERMINI.

Radices V. APERIENTES majores.

Apii, Petroselinii, Fœniculi, Rusci, Asparagi.

Radices V. APERIENTES minores.

Rubie, Graminis, Ononidis, Eryngii, Capparidis.

Herbæ V. EMOLLIENTES.

*Althææ, Mercurialis, Parietariæ, Brancæ ursi,
Betæ.*

Herbæ V. CAPILLARES.

*Capill. veneris, Scolopendrii, Ceterach, Trichomanis,
Rutæ murariæ.*

Flores IV. CORDIALES.

Borraginis, Buglossæ, Rosæ, Violæ.

Semina IV. CALIDA majora.

Carvi, Cymini, Anisi, Fœniculi.

Semina IV. CALIDA minora.

Ammios ver., Amomi ver., Apii, Dauci sylv.

Semina IV. FRIGIDA majora.

Cucurbitæ, Citrulli, Melonis, Cucumeris.

Semina IV. FRIGIDA minora.

Lactucæ, Cichorei, Endiviæ, Portulacæ.

D O S E S.

Agarici - - - ʒj.	Guttæ Gum. - Grxvj.
Decoët. - - ʒjv.	Sulphur. Grvj.
Extract. - - ʒij.	Hellebor. nigr. Rad. ʒj.
Aloës Substantia - ʒj.	Decoët. ʒiij.
Extractum - ʒß.	Extract. ʒß.
Afari ʒ gross. ʒij. tenuiff. ʒß.	Hermodactylus - ʒij.
Extractum - - ʒß.	Ialapæ Radix - - ʒß.
Fol. subst. NVj. inf. NViiij.	infus. ▽. ʒij. ᳚. ʒj.
Bryoniæ Rad. ʒij. Decoët. ʒj.	Essentia. - - ʒv.
Carthami Semina - ʒj.	Resina - - - ʒß.
Cassiæ Pulpa - ʒj.	Extract. - - ʒj.
Colocynthis Extract. Grjv.	Ipecacuanh. Pulv. - ʒij.
Croci Substant. - ʒj.	Decoëtum. - - ʒjv.
Tinctur. - - ʒß.	Ireos Rad. Succ. - ʒj.
Extract. - - ʒß.	Iuglandis ament. Gr. jv.
Cucum. asinin. Rad. ʒj.	Mannæ - - - ʒjß.
Elaterii Extract. - ʒj.	Mechoacan. Rad. - ʒß.
Resina - Gr. ij.	Myrobalan. subst. - ʒj.
Ebuli Cortex - ʒj.	Decoët. - - ʒij.
Semina - - ʒj.	Opopanax. - ʒß.
Efulæ Cortex - Grjv.	Opium crudum. - Grj.
Euphorbium - Grjv.	Extract. - - Gr. v.
Fumariæ Succus - ʒj.	Tinctura - ʒß.
Gnidii Grana - Grjv.	Laud. liqu. - ʒß.
Gratiolæ Pulvis - ʒij.	Papaver. Diacodium. ʒj.
Succ. insp. ʒß.	Rhæadis Tinct. ʒij.

DOSES.

Polypodium	-	ʒijʒ.	Spinae cervin. Bacc.	ʒij.
Rhabarb. Radix	-	ʒj.	Syrup.	- - ʒj.
Essentia	-	ʒj.	Tabaci Extract.	Griij.
Extract.	-	ʒj.	Tamarind. pulp.	- ʒʒ.
Ricini Semina	-	Grjv.	Decoët.	- ʒiij.
Rofarum folut. syrup.		ʒijʒ.	Turbith	- - ʒj.
Sagapenum	-	ʒʒ.	Confect. Hamech.	ʒjv.
Scammon. crud.	Gr. viij.		Elect. Lenitiv.	- ʒj.
	Diacryd.	ʒʒ.	Diaphœn.	ʒjv.
	Resina	ʒʒ.	Extr. Panchym.	- ʒʒ.
Senna Substant.		ʒj.	Pil. Cochiae	- ʒʒ.
Decoët.	- -	ʒʒ.	Pulv. Cornach.	- ʒj.
Extract.	-	ʒijʒ.	Syr. Cichor. c. rheo.	ʒj.
Soldanella subst.	-	ʒj.	Troch. Alhand.	- Grjv.

SIMPLICIA.

RADICES primo vere eradicandæ, antequam folia germinant, conscindendæ in taleos, ficcandæ in umbra.

LIGNA colligenda tempore hyemali, findenda mox. **STIPITES** dicuntur rami arborum, qui colligendi tempore vernali, dum folia incipiunt erumpere.

TVRIONES sunt novelli caules, vel rami, qui nondum folia protulere, colligendi antequam indurescant.

CORTICES tempore vernali defumendi, dum facillime a ligno secedunt aut hyeme.

HERBÆ colligendæ quando incipiunt florere, mox exsiccandæ in umbra suspensæ.

FOLIA legenda postquam diffloruit, sed antequam femina maturavit planta.

FLORES colligendi quamprimum dehiscere incipiunt, ante casum pollinis antherarum.

Depurgati flores defumuntur absque calyce & pistillo, sola Corolla servata.

ANTHERÆ colligendæ antequam pollinem dimittant.

FRUCTVS legendi dum pericarpia sponte sese aperire incipiant.

SEMINA colligenda dum sponte a planta secedant. Semina valent quamdiu aquæ immissa fundum petunt; natantia vero rejicienda, paucissimis exceptis.

SVCCI sua sponte vel arte adjuti exstillant.

GUMMI solvitur ∇ , non \odot ;
igne liquefcit aut flagrat.

RESINA solvitur \odot , non ∇ ;
igne et liquefcit et flagrat.

GUMMI RESINA solvitur \dagger , partim ∇ , partim \odot .

EXPRESSI SVCCI, lento igne inspissentur, antequam affervantur.

PRAEPARATA.

AQVA. Plantæ (absque prævia fermentatione) cum Aquâ fontana destillantur e vesica cuprea per alembicum stanno obduct.

SPIRITVS. Plantæ uti Aqua destillantur.

FERMENTATVS. Plantis contusis affundatur parum aquæ calentis, addito fermento; stent in vase patulo loco calido, ad justam fermentationem, destillantur.

VINOSI destillantur ut prius, vino loco aquæ, absque fermentatione.

SPIRITV VINI forti fiat destillatio, uti vinosi, qui ex plantis aromaticis fiunt.

OLEVM in Officinis quadruplex affervatur.

STILLATITIVM. Plantæ subficcæ macerantur in aqua per triduum, addito parum, salis destillantur more aquæ e vesica ad $\frac{1}{3}$ repleta, oleum dein supernatans separetur.

Vel ex spiritu fermentato; aqua debilitato, sumatur.

EMPYREVMATICVM. Plantæ resinosæ destillantur per Retortam sive per descensum.

COCTVM. Herbæ macerantur in oleo expressio (olivarum), dein coquatur lente ad humidam consumptionem, exprimatur, coletur.

EXPRESSVM. Semina contusa, calefacta in sartagine, agitata ne ustulentur, excepta sacculo lineo, submissa prelo calido exprimantur.

SAL. CINERES. Plantæ recentes in sartagine, lamina ferrea tecta, lente comburantur ad perfectos cineres.

FIXVM. Cineres extrahantur aqua fontana, aqua decantetur, filtretur, evaporetur ad siccitatem, parum calcinetur, solvatur aqua, coquatur ad pelliculam, crystallifetur.

ESSENTIALE. Succus herbæ recentis filtretur, in vitro lente evaporetur ad $\frac{1}{3}$, residuum reponatur in olla, tectum oleo expressio, stet per octo menses, sal crystallifatum separetur, cito aqua frigida abluatur et leniter exsicceetur.

TINCTVRA AQVOSA. Speciebus ficcis cum sale affundatur tepida, digerantur in loco tepido, extrahet aqua colorem, saporem; decantetur,

SPI.

PRAEPARATA.

SPIRITVOSA. Speciebus ficcis affundatur Spiritus vini, stent in loco tepido, vase clauso, extrahet colorem, saporem, odorem; decantetur, filtretur.

ESSENTIA est Tinctura spiritiuosa magis saturata et minus pellucida.

ELIXIRIVM. Essentia maxime saturata ex variis diversis mixtis; hinc maxime opaca.

EXTRACTVM AQVOSVM. Tinctura aquosa plantæ evaporetur ad consistentiam.

SPIRITVOSVM. Tinctura spiritiuosa evaporetur ad consistentiam.

AQVOSO SPIRITVOSVM. Plantæ ficcæ digerantur in Spiritu vini, exprimatur, filtretur, fervetur *Tinctura Spirituosa*. Residuum aqua fontana digeratur, coquatur, filtretur, expressum aquosum albumine clarificetur, fervetur *Tinctura Aquosa*.

Mixta Tinctura aquosa & spiritiuosa, lento igne evaporetur ad consistentiam.

SYRVPVS. Plantarum succo aut infuso ℥x. adde Sacchari albi ℥xj. f. unica ebullitione Syrupus.

ROB. Baccarum succi depurati ℥jv. Sacchari ℥j. coque in vase figulino ad mellis consistentiam.

CONSERVA. Plantis recentibus incisis, adde Sacchari albi duplum, contuso probe in mortario marmoreo, fervetur in vitro,

CONDITVM. Radix s. Fructus carnosus, maceretur tribus diebus, aqua quotidie renovata, coque in aqua, cocta, aqua frigida abluatur, affunde Saccharum ad consistentiam Syrupi coctum.

CONFECTIO. Semina integra immittantur aheno confectorio super ignem collocato, affunde Sacchari clarificati cochlearia, moveatur supra ignem continuo. Præparatio hæc committitur plerumque Sacchari confectoribus,

COMPOSITA.

- PVLVIS.** Herbæ ficcæ comminutæ in fari- Pulver.
nam cribratam.
- ALCOHOL** est Pulvis subtilissimus. Augenpulver.
- SIEF.** Fulvis pro oculis. Sahnpulver.
- DENTIFRICIUM.** Pulvis pro dentibus.
- SVFFITVS.** Pulvis grossus spargendus Räucherpulver.
supra prunas pro fumo.
- SPECIES.** Plantæ ficcæ minutim conscissæ. Säcklein.
- SACCVLVS.** Species et Pulveres fragran-
tes, ficcæ, mixtæ, in Sacculo applicatæ. Kräutermüße.
Cucupha. Sacculus pro capite.
- EMPLASTRVM** Massa in magdaleone cy-
lindricos formata. consistentia in frigido
solida, in calido liquefcente, linteo indu-
cenda, cui tenaciter adhærens, composita
ex Cera, Sebo, Resinis, Oleis, Pulveribus. Pflaster.
- VNGVENTVM.** Emplastrum mellis con-
sistentia. pingue, calore liquefcentis,
non tenaciter adhærens. Salbe.
- LINIMENTVM.** Vnguentum olei consisten-
tia. *Collyrium.* Linimentum pro oculis.
- CATAPLASMA** Puls cocta ex speciebus et
pulveribus in liquore, externe adplicanda. Umschlag.
- BOLVS.** Massa consistentia pultis densioris
ex Pulveribus, Syrupo aut Rob. Bissen.
- ELECTVARIVM.** Massa consistentia conser-
væ, ex speciebus s. Pulveribus, Syrupis. Lattwerge.
- PILVLA** Massa emplastri consistentia, reda
cta in globulos, ut integri deglutiantur. Pillen.
- SVPPOS TORIVM.** Massa pilularis di-
giti figura, Recto introducenda. Stulzäpflein.
- PESSVS** Suppositorium pro vaginæ uteri. Mutterzäpflein.
- TROCHISCVS.** Pasta orbicularis signata ex
pulvere et mucilagine, in umbra siccata. Sternhäcklein.

MOR-

COMPOSITA.

- MORSVLVS.** Placenta rigida ex pulveribus *Morselle.*
et saccharo ad consistentiam tabulati
cocto, effusa supra laminam.
- ROTVLA.** Morfulus subrotundus, (Succo
sæpe imprægnatus), effusus supra lami-
nam in orbiculos.
- EXPRESSIO.** Succus expressus ex Plantis tenel. *Cast.*
lis succosis vernalibus, frigide propinandus.
- EMVLSIO.** Lac paratum per contusionem ex Co- *Milch.*
tyledonibus cum aqua, modica expressione.
- GVTTVLA.** Liquores spirituosus, guttatim pro- *Tropfen.*
pinandi.
- HAVSTVS.** Potus ex variis aquis mixtis. *Träncken.*
- JVLEPVVS.** Haustus ex aquis, Syrupo et acido *Julep.*
- MIXTVRA.** Haustus ex aquis, Pulveribus *Mixtur.*
& Saccharato.
- INFVSVM.** Species aquæ fervidæ inditæ, ut *Thee.*
calida aqua absque ebullitione proprieta-
tem extrahat.
- DECOCTVM.** Species aqua aut vino coctæ, ut *Decoct.*
liquor ebulliens extrahat proprietates.
- GARGARISMA.** Decoctum aut haustus pro *Gurgelwasser.*
collutione faucium.
- ENEMA.** Decoctum tepide injiciendum ca-
vitati mediante Syringa.
Clyfma est enema per anum injiciendum. *Clyfir.*
- EPITHEMA.** Decoctum corpore bibulo ap- *Umschlag.*
plicandum calide.
- BALNEVM.** Decoctum calidum cum Herbis, *Bad.*
pro corporis humectatione externa.
- SEMICVPIVM.** Balneum pro partibus pe- *Halbbad.*
ctore inferioribus.
- PEDILVVIVM.** Semicupium pro pedibus. *Fußbad.*
- VAPOR.** Halitus balnei ex olla per fellam *Dampfbad.*
perforatam.

V I R E S.

Qualitates f. Principia Vegetabilium vim et actionem suam exferunt in corporis humani vel *Liquida*, vel *Solidida*, vel ex Solidis Liquidisque composita *Viscera*.

LIQVIDA vel evacuando vel alterando.

SOLIDA vel in fibras Nerveas vel Musculares agendo.

SOLIDO - LIQVIDA vel Internis vel Externis mendo.

		<i>Classes.</i>	<i>Ordines.</i>
MEDICAMEN- TA agunt vel in	Liquida	{ EVACVATORIA. e corpore extermi- nantia. }	{ Purgantia. Borborygmica. Pellentia. Pituitosa. }
		{ ALTERANTIA. massam sanguine- am emendantia. }	{ Dyscrasiva. Diathetica. }
	Solida	{ NERVINA. in nervos agentia. }	{ Orgastica. Convulsiva. Excitantia. Stupefacientia. Phantastica. }
		{ MVSCVLARIA. in musculosas fi- bras agentia. }	{ Relaxantia. Corroborantia. Corrodentia. }
	Solido Li- quida.	{ VISCERALIA. viscera petentia. }	{ Spirituosa. Biliofa. Mucaginosa. Venerea. }
		{ TOPICA. externe applica- bilia. }	{ Consolidantia. Discutientia. Arcentia. }

Clas-

Classis I.

E V A C V A N T I A

I. PVRGANTIA.

evacuata liquida intra tubum intestinale contenta.

EMETICA. *Vomitoria.*

evacuant ventriculum per Oesophagum.

DRASTICA.

evacuant intestina & ventriculum per anum violentissime.

CATHARTICA. *Purgantia.*

evacuant intestina per anum moderate.

ECCOPROTICA. *Laxativa, Laxantia.*

evacuant intestina per anum debilissime.

II. BORBORYGMICA.

evacuata flatus intra tubum intestinale contentos.

FLATULENTA.

Flatibus abdomen distendunt.

RVCTATORIA.

Flatus per Oesophagum expellunt.

CARMINATIVA.

Flatus per anum expellunt.

III. PELLENTIA.

evacuata in Vasis contenta per truncum.

DIAPHORETICA. *Perspirantia.*

expellunt per Transpirationem.

SVDORIFERA.

expellunt per Sudorem.

DIVRETICA.

expellunt Vrinam.

EMMENAGOGA.

expellunt Menstrua.

ABORTIVA.

expellunt Fœtum.

IV. PITUITOSA.

evacuata secreta per caput.

ERRHINA. *Ptarmica.*

Mucum e naribus eliciunt.



SIALAGOGA. *Apophlegmatifantia; Masticatoria.*

Salivam ex Faucibus & ore eliciunt.

EXPECTORANTIA.

Screatum e Bronchiis eliciunt.

Classis II.

A L T E R A N T I A.

I. DYSCRASIACA.

alterantia humorum qualitatem acidam aut alcalinam.

ANTIPHLOGISTICA.

Putrescentiam aquoso diluunt.

REFRIGERANTIA.

Putredinem acido emendant.

BALSAMICA. *Abstergentia.*

Putredini amaro resistunt.

ANTACIDA.

Acido amaritie resistunt.

ABSORBENTIA.

Acidum absorbendo iufringunt.

II. DIATHETICA.

alterantia humorum Consistentium & miscelam.

RÉSOLVENTIA.

Densa attenuant.

INCIDENTIA. *Attenuantia.*

Viscida attenuant.

MUNDIFICANTIA. *Diluentia Aperientia.*

Impura lavant.

EDULCORANTIA.

Acria edulcorant.

DEMVLCENTIA. *Temperantia.*

Acria frangunt.

OBTUNDENTIA.

Acria involvant.

LVBRICANTIA. *Mucilaginoſa.*

Acria inviscant.

INSPISSANTIA.

Tenuia combinant.

Claf-

Classis III.
N E R V I N A.
I. ORGASTICA.

augentia Functiones vitales.

ALEXITERIA.

Halitum fragrantem reddunt.

STIMVLANTIA.

Secretiones incitant.

CALEFACIENTIA.

Calorem adaugent.

NVTRIENTIA. *Alimentosa.*

Corpus restaurant.

ANALEPTICA.

Vires inflant.

2. **CONVVLSIVA.**

causantia nervorum convulsiones.

TVSSICVLOSA.

Pulmones convellunt.

SINGVLTVOSA.

Cardiam convellunt.

STERNVTATORIA.

Diaphragma convellunt.

3. **EXCITANTIA.**

mutantia Mentem.

EXHILARANTIA.

Animum addunt.

INEBRIANTIA. *Fatuantia, Temulentantia, Phantastica.*

Judicium confundunt.

4. **STVPEFACIENTIA.**

Suffocantia oscillationem.

PAREGORICA.

Orgasimum fedant.

ANODYNA. *Antispasmodica.*

Dolorem mitigant.

NARCOTICA.

Mentem stupefaciunt.

HYPNOTICA. *Soporifera.*

Soporem inducunt.

Clas-

M V S C V L A R I A.

I. RELAXANTIA.

Laxantia tonum Fibræ musculosæ.

HUMECTANTIA.

aquoso relaxant.

EMOLLIENTIA.

oleoso relaxant.

IMPINGVANTIA.

chyloso relaxant.

2. CORROBORANTIA.

Firmantia tonum Fibræ musculosæ.

EXSICCANTIA.

Siccando corroborant.

TONICA. *Corroborantia.*

amaro firmant.

ADSTRINGENTIA. *Coriaria.*

Styptico depfant.

SOPHISTICANTIA.

Genitalia adstringunt.

3. CORRODENTIA.

ABSTERGENTIA. *Saponacea.*

gluten fibrarum abstergunt.

COSMETICA.

Superficiem fibrarum abradunt.

SEPTICA. *Inflammatoria. Caustica.*

Fibras inflammant.

VESICATORIA. *Excoriantia. Exurentia, Exulcerantia.*
Corrosiva.

Fibras corrodunt.

VISCERALIA.

I. SPIRITVOSA.

Nervos excitantia.

CEPHALICA. *Nervina.*

Caput confortant.

CARDIACA. *Cordialia.*

Cor corroborant.

2. BILIOSA.

Bilem augentia.

HEPATICA.

Hepar petunt, bilem generant.

SPLENICA.

Splenem petunt? corroborant.

STOMACHICA.

Orexin excitant.

3. MVCAGINOSA.

Pulmones corroborantia lubricantiaque.

BECCHICA. *Thoracica.*

Muco acrimulo pulmoni dicata.

4. VENEREA.

Genituræ faventia.

APHRODISIACA.

Venerem excitant.

VTERINA.

Fœtui favent.

LACTIFERA. *Galactophora.*

Lac adaugent.

TOPICA.

I. CONSOLIDANTIA.

Solutionem cantinui medicantia.

VVLNERARIA. *Consolidantia.*

Consolidant vulnera.

GLVTINANTIA.

Conglutinant citius vulnera.

MATVRANTIA.

Pus movent.

DIGERENTIA. *Digestiua.*

Pus maturant.

SARCOTICA.

Carnem, peregrina auferendo, generant?

CATHAERAETICA.

Hyperfacosin auferunt.

CICATRISANTIA *Epulotica?*

Vlcera consolidata ficcant.

SISTENTIA. *Ischæma.*

Sanguinem sistunt.

2. DISCVTIENTIA.

Humores retundentia.

REPELLENTIA.

Materiem amandant.

LACTIFVGA.

Lac minuunt.

STERILITANTIA.

Imprægnationem præpediunt.

3. ARCENTIA.

Animalculis noxia.

ANTHELMINTHICA.

Vermes enecant.

EXANTHEMATICA. *Bezoartica.*

Acaros expellunt.

PHTHIRIACA.

Pediculos occidunt.

C O N S P E C T V S

MATERIAE MEDICAE.

REGNUM ANIMALE.

<i>Classis I.</i>			<i>BELLVAE.</i>		
MAMMALIA.			Equus	21 Caballus	14
			Hippopot.	22 amphibius	13
			Sus	23 Scrofa	15
<i>PRIMATES.</i>			<i>CETE.</i>		
Homo	1 sapiens	1	Monodon	24 Monoceros	38
<i>BRUTA.</i>			Balæna	25 Mysticetus	37
Elephas	2 maximus	12	Phyfeter	26 macrocephalus	39
Trichechus	3 Manatus		<i>Classis II.</i>		
<i>FERAE.</i>			A V E S.		
Canis	4 familiaris	6	<i>PICAE.</i>		
	5 Lupus	4	Corvus	27 Pica	23
	6 Vulpes	5	<i>ANSERES.</i>		
Felis	7 Catus	3	Anas	28 Anser	24
Viverra	8 Zibetha	8		29 Boschas	25
Vrfus	9 Arctos	2	<i>GRALLAE.</i>		
	10 Meles	7	Struthio	30 Camelus	26
<i>GLIRES.</i>			<i>GALLINAE.</i>		
Lepus	11 timidus	9	Pavo	31 cristatus	27
Castor	12 Fiber	10	Phasianus	32 Gallus	28
Mus	13 Musculus	11	Tetrao	33 Perdix	29
<i>PECORA.</i>			<i>PASSERES.</i>		
Mofchus	14 mofchiferus	16	Columba	34 Oenas	30
Cervus	15 Alces	17	Hirundo	35 urbica	31
	16 Elaphus	18	<i>Claf-</i>		
	17 Tarandus	19			
Capra	18 Hircus	20			
Ovis	19 Aries	21			
Bos	20 Taurus	22			

* Series prior numerorum ad hanc editionem pertinet, posterior primæ numeros indicat.

))(((((

CONSPECTVS

Classis III.

AMPHIBIA.

REPTILIA.

Rana	36 temporaria	32
	37 Bufo	33
Lacerta	38 Scincus	34

SERPENTES.

Coluber	39 Vipera	36
	40 Natrix	35

NANTES.

Acipenser	41 Sturio	40
-----------	-----------	----

Classis IV.

PISCES.

THORACICI.

Perca	42 fluviatilis	41
-------	----------------	----

ABDOMINALES.

Efox	43 Lucius	42
Cyprinus	44 Carpio	43

Classis V.

INSECTA.

COLEOPTERA.

Lucanus	45 Cervus	44
Meloë	46 vesicatorius	45

HEMIPTERA.

Coccus	47 Illicis	47
	48 Casti	46

LEPIDOPTERA.

Phalæna	49 Mori	48
---------	---------	----

HYMENOPTERA.

Cynips	50 Rosæ	50
	51 Quercus folii	49

Apis	52 mellifica	51
Formica	53 rufa	52

APTERA.

Aranea	54 domestica	55
--------	--------------	----

Scorpio	55 europæus	54
---------	-------------	----

Cancer	56 Pagurus	55
--------	------------	----

	57 Aftacus	56
--	------------	----

Oniscus	58 Afellus	57
---------	------------	----

Classis VI.

VERMES.

INTESTINA.

Lumbricus	59 terrestris	58
-----------	---------------	----

Hirudo	60 medicinalis	59
--------	----------------	----

MOLLUSCA.

Sepia	61 officinalis	60
-------	----------------	----

Ostrea	62 edulis	63
--------	-----------	----

Mytilus	63 margaritiferus	64
---------	-------------------	----

Helix	64 Pomatia	61
-------	------------	----

Dentalium	65 Entalis	62
-----------	------------	----

LITHOPHYTA.

Madrepora	66 oculata	65
-----------	------------	----

ZOOPHYTA.

Ifis	67 nobilis	66
------	------------	----

Corallina	68 officinalis	67
-----------	----------------	----

Spongia	69 officinalis	V. 527
---------	----------------	--------

MATERIAE MEDICAE.

REGNUM VEGETABILE.

Classis I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

Amomum	70	Zingiber	1
	71	Cardomomum	2
	72	Gr. paradisi	3
Costus	73	arabicus	4
Maranta	74	Galanga	6
Curcuma	75	longa	5
Kæmpferia	76	rotunda	7
Salicornia	77	herbacea	8

Classis II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

Iasminum	78	officinale	9
Olea	79	europæa	10
Veronica	80	officinalis	11
	81	Beccabunga	12
Gratiola	82	officinalis	18
Verbena	83	officinalis	17
Monarda	84	fistulosa	
Rosmarinus	85	officinalis	16
Salvia	86	officinalis	13
	87	Horminum	14
	88	Sclærea	15
Collinfolia	89	canadensis	

TRIGYNIA.

Piper	90	nigrum	19
	91	longum	20
	92	caudatum	526

Classis III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

Valeriana	93	officinalis	21
	94	Phu	22
	95	celtica	23
Tamarindus	96	indica	28
Crocus	97	fativus	27
Iris	98	florentina	24
	99	germanica	24
	100	Pseudo Acorus	25
	101	foetidissima	
	102	tuberosa	26
Cyperus	103	longus	29
	104	rotundus	30

DIGYNIA.

Saccharum	105	officinale	33
Phalaris	106	canariensis	39
Panicum	107	miliaceum	34
Avena	108	fativa	38
Hordeum	109	vulgare	35
Triticum	110	hybernum	36
	111	repens	37

Classis IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

Scabiosa	112	Succisa	41
	113	arvensis	40
Hedyotis	114	Auricularia	47
Asperula	115	odorata	45

CONSPECTVS

Galium	116 verum	46	Convolvulus	146 Scammonia	82
Rubia	117 tinctorum	44		147 Turpethum	81
Penæa	118 mucronata	48		148 Jalapa	84
Plantago	119 major	49		149 Mechoacanna	76
	120 Pſyllium	50		150 Soldanella	83
Sanguiforba	121 officinalis	51	Cinchona	151 officinalis	71
Fagara	122 Pterota	533	Coffea	152 arabica	70
Trapa	123 natans	52	Lonicera	153 Periclymenum	68
Dorstenia	124 Contrajerva	53		154 Symphoricarp.	
Santalum	125 album	183		155 Diervilla	
Camph.	126 monspeliaca	43	Coris	156 monspeliensis	80
Alchemilla	127 vulgaris	54	Verbascum	157 Thapsus	90

DIGITARIA.

Cuscuta	128 europæa	55
	129 Epithymum	55

TETRAGITARIA.

Ilex	130 Caffeine	56
------	--------------	----

Classis V.

PENTANDRIA.

MONOGITARIA.

Lithosperm.	131 officinale	57		170 colubrina	78
Anchusa	132 officinalis	59	Cordia	171 Myxa	171
	133 tinctoria	58	Rhamnus	172 catharticus	72
Cynogloss.	134 officinale	60		173 Frangula	73
Pulmonaria	135 officinalis	62		174 Zizyphus	74
Symphytum	136 officinale	61	Ceanothus	175 americanus	
Borago	137 officinalis	63	Ribes	176 rubrum	99
Primula	138 veris officinal.	64		177 nigrum	100
Cyclamen	139 europæum	65	Hedera	178 Helix	98
Menyanthes	140 trifoliata	66	Vitis	179 vinifera	97
Lysimachia	141 Numularia	67	Lagoecia	180 Cuminoides	92
Anagallis	142 arvensis		Allamanda	181 cathartica	
Spigelia	143 Anthelmia		Vinca	182 minor	101
Ophiorrhiza	144 Mungos	79	Nerium	183 antidysenter.	102
Plumbago	145 europæa	75	Plumeria	184 alba	

DIGIT.

MATERIAE MEDICAE.

DIGITIA.

Aclepias	185	Vincetoxicum	103
Herniaria	186	glabra	104
Chenopod.	187	Bonus henr.	106
	188	rubrum	107
	189	Botrys	109
	190	anthelminth.	
	191	Vulvaria	108
Beta	192	vulgaris	113
	193	Cicla	113
Ulmus	194	campestris	105
Gentiana	195	lutea	110
	196	Centaurium	112
	197	Amarella	111

UMBELLATAE.

Eryngium	198	foetidum	
	199	campestre	114
Sanicula	200	europæa	115
Bupleurum	201	rotundifolium	136
Tordylium	202	officinale	145
Daucus	203	Carota	142
Conium	204	maculatum	
Athamanta	205	cretensis	143
Peucedanum	206	officinale	126
Ferula	207	Asia foetida	118
Laserepitium	208	latifolium	123
	209	Siler	124
Heracleum	210	Sphondylium	
Ligusticum	211	Levisticum	119
Angelica	212	Archangelica	120
	213	sylvestris	121
Sium	214	Ninfi	117
Sifon	215	Ammi	140
Bubon	216	macedonic.	133
	217	Galbanum	132
Cuminum	218	Cyminum	139
Cicuta	219	virofa	129
Aethusa	220	Meum	144

Coriandrum	221	fativum	135
Scandix	222	Cerefolium	137
Chæroph.	223	sylvestre	143
Imperatoria	224	Ostruthium	122
Pastinaca	225	fativa	130
	226	Opopanax	131
Anethum	227	graveolens	147
	228	Foeniculum	146
Carum	229	Carvi	138
Pimpinella	230	Saxifraga	125
	231	Anisum	141
Apium	232	Petrofelinum	127
	233	graveolens	128

TRIGYNIA.

Rhus	234	Coriaria	150
	235	Vernix	151
Cassine	236	Peragua	153
Sambucus	237	Ebulus	149
	238	nigra	148
Tamarix	239	gallica	154

TETRAGYNIA.

Parnassia	240	palustris	155
-----------	-----	-----------	-----

PENTAGYNIA.

Statice	241	Limonium	159
Linum	242	usitatissimum	156
	243	catharticum	157
Drosera	244	rotundifolia	158

Classis VI.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

Bromelia	245	Ananas	
Allium	246	Porrum	165
	247	Victorialis	163
	248	fativum	164
	249	Cepa	166

Lilium

CONSPECTVS

Lilium	250 candidum	173
Scilla	251 maritima	162
Asphodelus	252 ramofus	172
Asparagus	253 officinalis	169
Convallaria	254 majalis	167
	255 Polygonatum	168
Aloë	256 perfoliata	160
Acorus	257 Calamus	161
Achras	258 Sapota	
Berberis	259 vulgaris	170

DIGYNIA.

Oryza	260 fativa	174
-------	------------	-----

TRIGYNIA.

Rumex	261 fanguineus	528
	262 acutus	176
	263 aquaticus	177
	264 scutatus	530
	265 alpinus	178
	266 Acetofa	529
Colchicum	267 autumnale	

TETRAGYNIA.

Petiveria	268 alliacea	531
-----------	--------------	-----

Classis VIII.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

Tropæolum	269 majus	181
Amyris	270 Elemifera	518
	271 Opobalsam.	512
Lawfonia	272 inermis	182
Vaccinium	273 Myrtillus	184
	274 Vitis idæa	185
Daphne	275 Mezereum	179
	276 Laureola	180

TRIGYNIA.

Polygonum	277 Bistorta	189
	278 Hydropiper	187
	279 aviculare	186
	280 Fagopyrum	188
Sapindus	281 Saponaria	532

TETRAGYNIA.

Paris	282 quadrifolia	
-------	-----------------	--

Classis IX.

ENNEANDRIA.

MONOGYNIA.

Laurus	283 Cinnamom.	190
	284 Cassia	191
	285 Camphora	192
	286 Culilaban	
	287 nobilis	194
	288 Saffastras	193
	289 Pecurim	
Anacardium	290 occidentale	206

TRIGYNIA.

Rheum	291 Rhaponticum	198
	292 palmatum	197

Classis X.

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

Sophora	293 heptaphylla	
Anagyris	294 foetida	
Hymenæa	295 Courbaril	515
Cassia	296 Fistula	199
	297 Senna	200
	298 alata	

MATERIAE MEDICAE.

Cæfalpina	299	brasiliensis	205	Portulaca	328	oleracea	260
	300	veficaria	204	Lythrum	329	Salicaria	
	301	Sappan	203				
Guilandina	302	Moringa	202				
Guajacum	303	officinale	207				
Dictamnus	304	albus	208				
Ruta	305	graveolens	209				
Toluifera	306	Balsamum	201				
Hæmatox.	307	Campefcian.					
Switenia	308	Mahagoni					
Quaffia	309	amara					
	310	monoica	535				
Ledum	311	palufre	210				
Arbutus	312	Uva urfi	211				
Pyrola	313	rotundifolia	212				
		314	umbellata				
		315	uniflora				
Styrax	316	officinale	227				
Copaifera	317	officinalis	513				

DIGTANIA.

Saxifraga	318	granulata	215
Gypfophila	319	Struthium	
Saponaria	320	officinalis	214
Dianthus	321	Caryophyllus	213

PENTAGTANIA.

Sedum	322	Telephium	217
	323	acre	218
Oxalis	324	Acetofella	216

DECAGTANIA.

Phytolacca	325	decandra	
-------------------	-----	----------	--

Classis XI.

DODECANDRIA.

MONOGTANIA.

Afarum	326	europæum	219
Winterania	327	Canella	196

Portulaca	328	oleracea	260
Lythrum	329	Salicaria	

DIGTANIA.

Agrimonia	330	Eupatoria	221
------------------	-----	-----------	-----

TRIGTANIA.

Euphorbia	331	officinarum	254
	332	Lathyris	256
	333	paluftris	255

DODECAGTANIA.

Semperv.	334	testorum	222
-----------------	-----	----------	-----

Classis XII.

ICOSANDRIA.

MONOGTANIA.

Myrtus	335	communis	224
	336	caryphyllata	226
	337	Pimenta	225
Punica	338	Granatum	223
Amygdalus	339	Perfica	230
	340	communis	229
Prunus	341	Laurocerafus	228
	342	Cerafus	233
	343	avium	233
	344	domestica	232
	345	Spinofa	231

DIGYNTIA.

Cratægus	346	Aria	234
-----------------	-----	------	-----

TRIGTANIA.

Sorbus	347	aucuparia	235
---------------	-----	-----------	-----

PENTAGTANIA.

Mefpilus	348	germanica	236
Pyrus	349	Malus	237
	350	Cydonia	238

CONSPECTVS

Spiræa	351	Filipendula	239
	352	Vlmaria	240

POLYGYNIA.

Rosa	353	centifolia	241
	354	damaſcena	241
	355	canina	241
	356	alba	241
Rubus	357	idæus	242
	358	arcticus	243
	359	Chamæmor.	244
Fragaria	360	vesca	245
Potentilla	361	Anserina	246
	362	reptans	247
Tormentilla	363	erecſta	248
Geum	364	urbanum	249
	365	rivale	

Classis XIII.

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

Capparis	366	ſpinofa	259
Aſtæa	367	racemofa	253
Chelidonium	68	majus	252
Papaver	369	Rhœas	251
	370	ſomniferum	250
Cambogia	371	Gutta	257
Nymphæa	372	alba	268
Bixa	373	Orleana	266
Tilia	374	europæa	262
Thea	375	bohea	264
Caryophyllus	376	aromaticus	265
Ciſtus	377	creticus	263

DIGYNIA.

Pæonia	378	officinalis	267
---------------	-----	-------------	-----

TRIGYNIA.

Delphinium	379	Conſolida	268
	380	Staphiſagria	269
Aconitum	381	Napellus	
	382	Anthora	270

TETRAGYNIA.

Cimicifuga	383	foetida.	
-------------------	-----	----------	--

PENTAGYNIA.

Aquilegia	384	vulgaris	272
Nigella	385	ſativa	271

POLYGYNIA.

Illicium	386	anifatum	510
Vvavia	387	Ebenus	504
Anemone	388	Hepatica	277
	389	Pulſatilla	276
	390	nemorofa	275
Clematis	391	reſta	
Ranunculus	392	Ficaria	274
Helleborus	393	niger	273
	394	foetidus	

Classis XIV.

DIDYNAMIA.

Gymnospermia.

Ajuga	395	pyramidalis	306
Teucrium	396	Chamæpitys	287
	397	creticum	286
	398	Marum	285
	399	Scordium	289
	400	Chamædryſ	288
Satureja	401	hortenſis	284
	402	capitata	283

Hyſſi-

MATERIAE MEDICAE.

Hyffopus	403 officinalis	290
Nepeta	404 Cataria	291
Lavandula	405 Spica	296
	406 Stœchas	297
Mentha	407 Auricularia	
	408 fylveftris	279
	409 crispa	278
	410 piperita	
	411 Pulegium	280
Glecoma	412 hederacea	303
Lamium	413 album	307
Betonica	414 officinalis	304
Stachys	415 fylvatica	
Marrubium	416 vulgare	305
Leonurus	417 Cardiaca	308
Origanum	418 Diftamnus	301
	419 creticum	300
	420 vulgare	299
	421 Majorana	298
Thymus	422 Serpyllum	282
	423 vulgaris	281
Meliffa	424 officinalis	294
	425 Calamintha	295
Dracoceph.	426 canariense	293
	427 Moldavica	292
Ocimum	428 Bafilicum	302
Prunella	429 vulgaris	309
188. CHENOPODIVM *rubrum* foliis cordato-triangularibus obtusiusculis dentatis, racemis erectis compositis subfoliosis caule brevioribus. *Fl. suec.*

217. *Sp. pl.* 318.

Atriplex sylvestris latifolia. *Baub. pin.* 119.

LOC. Europæ ruderata. *Annua passim.*

PHARM. ATRIPLICIS SYLVESTRIS Herba.

QUAL. aquosa.

Dubia, superflua.

VIS: dubia.

VSVS: incertus, suisbus?

COMP.

189. CHENOPODIVM *Botrys* foliis oblongis sinuatis, racemis nudis multifidis. *Hort. cliff.* 84. *upf.*

55. *Sp. pl.* 320.

Botrys ambrosioides vulgaris. *Baub. pin.* 138.

LOC. Calabria, Hetruria, Narbona, [Russia.]

Annua, cicur.

PHARM. BOTRYOS Herba, Semina.

QUAL. fragrans, graviusculus. *Rarior, præstans.*

VIS: subinebrians, resolvens, pellens, carminativa, emmenagoga, anthelminthica, antispasmodica.

VSVS: Asthma, Orthopnœa, Phthisis, Tussis convulsiva.

COMP.

190. CHENOPODIVM *anthelminthicum* foliis ovato-oblongis dentatis, racemis aphyllis. *Sp. pl.* 320.

Chenopodium lycopi folio perenni. *Dill. elth.* 77. t. 66. f. 76.

LOC. Pennsylvania.

Perennis.

PHARM. CHENOP. ANTHELM. Semina. ζj .

QUAL. graveolenti-fragrans. *Eximia, inusitata.*

VIS: anthelminthica!

VSVS: Lumbrici.

COMP.

191. CHE-

189. [*Chenopodium ambrosioides* passim frequentius adhibetur.]

191. CHENOPODIVM *Vulvaria* foliis integerrimis
rhomboideo - ovatis, floribus conglomeratis
axillaribus. *Fl. suec.* 222. *Sp. pl.* 321.

Atriplex fœtida. *Baub. pin.* 119.

LOC. Europæe culta. *Annua, cicur.*

PHARM. VVLVARIAE Herba, *Conserva.*

QUAL. hircosa, urinaria. *Inusitata, præstans.*

VIS: antispasmodica.

VSVS: Hysteria.

COMP. Elect. hysteric. Fulleri.

BETA.

192. BETA *vulgaris* floribus congestis. *Syst. nat.* 12.
p. 195.

Beta rubra vulgaris. *Baub. pin.* 118.

LOC. Europæe australioris maritima. *Biennis, cicur.*

PHARM. BETAÆ RVBRAE Herba, Radix.

QUAL. aquosa, dulcis subaromatica.

Culinaris, exoleta.

VIS: diluens, humectans, errhina. *Rd. succ.* (*Sucus emolliens?*) Suppositoria.

VSVS: Ophthalmia, Coryza *Sicca*, Cephalalgia,
Odontalgia.

COMP.

193. BETA *Cicla* floribus ternis. *Syst. nat.* 12. *p.* 95.

Beta alba vel pallefcens quæ Cicla officinarum.

Baub. pin. 118.

LOC. Europæe australioris maritima. *Annua, cicur.*

PHARM. BETAÆ ALBAE Herba, *Succus.*

QUAL. præcedentis.

VIS: præcedentis.

VSVS: præcedentis.

COMP.

VLMVS.

194. VLMVS *campestris* foliis duplicato-ferratis: basi inæqualibus. *Fl. suec.* 226. *Sp. pl.* 327. *Fl. dan.* t. 632.

Vlmus campestris et theophrasti. *Bauh. pin.* 426.

LOC. Europæ pagi.

Arbor, frequens.

PHARM. VLMI Cortex medius.

QUAL. flavescens.

VIS: adstringens, vulneraria.

Vsitata.

VSVS: Ascites. [Vulnera, Combustura, Scabies!]

COMP.

GENTIANA.

195. GENTIANA *lutea* corollis subquinquefidis rotatis verticillatis, calycibus spathaceis. *Fl. suec.* 227. *Sp. pl.* 329. *Mill. ic.* 139. f. 2.

Gentiana major lutea. *Bauh. pin.* 187.

LOC. Alpes Helveticæ, Norvegicæ.

Perennis, mansueta.

PHARM. GENTIANAE RVBRAE Radix, *Essentia.*

QUAL. amarissima, lutea.

Trita, præstans.

VIS: balsamica, tonica, stomachica, anthelminthica.

VSVS: Cachexia, Arthritis, Podagra, Icterus!

Febr. intermittens! Calculus. [Vlcus.]

COMP. Andromach; Diatessar; Mithridat; Diafcord; Orivetan; *Acet. Theriacal.*

196. GENTIANA *Centaurium* corollis quinquefidis infundibuliformibus, caule dichotomo, pistillo simplici. *Fl. suec.* 232. *Sp. pl.* 332. *Fl. dan.* t. 617.

Centaurium minus. *Bauh. pin.* 278.

LOC. Europæ humidiuscula.

Annua, vulgaris.

PHARM.

196. [CENTAVRIVM MINVS ad *Chironia* genus potius referendum est.]

PHARM. CENTAVRII MINORIS Herba, (Summitates florentes) *Extractum*, ▽, ∟, ⊖; Flores, *Conserva*.

QUAL. amarissima.

Trita, præstans.

VIS: balsamica, tonica, stomachica.

VSVS: Cachexia, Icterus, Tertiana, Podagra, Hypochondriasis, Scabies.

COMP. Andromach; *Acet. theriacal.*

197. GENTIANA *Amarella* corollis quinquefidis hypocrateriformibus fauce barbatis. *Fl. suec.* 229. *Sp. pl.* 334. *Fl. dan.* t. 328. [*Gesn. fasc.* 2. p. 45. t. 21. f. 87.]

Gentiana pratensis, flore lanuginoso. *Bauh. pin.* 188.

LOC. Europæ prata sicca.

Annua, vulgaris.

PHARM. GENTIANELLAE Herba.

QUAL. amara.

VIS: balsamica, tonica.

VSVS: Pleuritis, Tertiana! Cachexia.

COMP.

ERYNGIVM.

198. ERYNGIVM *fœtidum* foliis radicalibus lanceolatis ferratis; floralibus multifidis, caule dichotomo. *Syst. nat.* 13. p. 223.* *Sp. pl.* 336.

Eryngium americanum fœtidum. *Herm. lugdb.* 236. t. 237.

LOC. Americæ calidiora.

Perennis, fera.

PHARM. ERYNGII FOETIDI Herba, *Infusum.*

QUAL. tetra, fœtidissima, tenax.

Eximia.

VIS: purgans, diaphoretica, diuretica, emmenagoga, antihysterica.

VSVS: Hysteria, Febres, Hydrops.

COMP.

199. ERYNGIVM *campestre* foliis radicalibus amplexicaulibus pinnato-lanceolatis. *Sp. pl.* 337. *Fl. dan.* t. 554. *Iacq. austr.* t. 155.

Eryngium vulgare. *Baub. pin.* 386.

LOC. Germaniæ, Italiæ, Hispaniæ campi ficci.

Perennis, mansueta.

PHARM. ERYNGII Radix, *condita*, Herba.

QUAL. subaromatico-aquosa. *Rarior, Hb. superflua.*

VIS: diuretica, emmenagoga, aphrodisiaca.

VSVS: Calculus, Atectnia.

COMP. *Radices V* aperientes minores.

SANICVLA.

200. SANICVLA *europæa* foliis radicalibus simplicibus, flosculis omnibus sessilibus. *Fl. suec.* 235.

Sp. pl. 339. *Fl. dan. t.* 28.

Sanicula officinarum. *Baub. pin.* 319.

LOC. Europæ sylvæ umbrosæ. *Perennis, frequens.*

PHARM. SANICVLAE Herba.

QUAL. subinsipida, inodora.

VIS: resolvens, adstringens, vulneraria.

VSVS: Vulnera.

COMP.

BVPLEVRVM.

201. BVPLEVRVM *rotundifolium* involucris univerticillatis nullis, foliis perfoliatis. *Hort. ups.* 64.

Sp. pl. 240:

Perfoliata vulgatissima s. arvensis. *Baub. pin.* 277.

LOC. Europæ australioris agri. *Annua, cicur.*

PHARM. PERFOLIATÆ Herba, ☉, Semina, ⊙.

QUAL. subaromatica. *Exoleta, dubia, superflua.*

VIS: subadstringens, vulneraria.

VSVS: Hernia.

COMP.

TORDYLIVM.

202. TORDYLIVM *officinale* involucris partialibus longitudine florum, foliolis ovatis laciniatis. *Hort. cliff.* 90. *ups.* 58. *Sp. pl.* 345. *Iacq. hort. t.* 53.

Seseli

Seseli creticum minus. *Baub. pin.* 161.

LOC. Monspeliæ, Romæ, Messanæ. *Annua, cicur.*

PHARM. SESELI CRETICI Semina.

QUAL. aromatica, debilis. *Exoleta, superflua.*

VIS: diuretica, carminativa.

VSVS:

COMP. Andromach.

DAVCVS.

203. DAVCVS *Carota* feminibus hispida, petiolis subtus nervosis. *Hort. cliff.* 89. *Fl. suec.* 237. *Sp. pl.* 248.

Pastinaca tenuifolia sylvestris diofcoridis, vel *daucus officinarum*. *Baub. pin.* 151.

β. *Pastinaca tenuifolia fativa*, radce lutea vel alba. *Baub. pin.* 151.

LOC. Europæ campi. *Biennis, cicur.*

PHARM. DAVCI SYLVESTRIS Semina.

SATIVI [Radix,] Semina.

QUAL. aquoso - aromatica, fragrans. *Rarior.*

VIS: nutriens, diluens, humectans, aperiens, carminativa, diuretica, emmenagoga, anthelmintica.

VSVS: Stranguria, Calculus, Lumbrici, Carcinoma.

COMP. *Sem. IV* calida minora.

CONIVM.

204. CONIVM *maculatum* feminibus striatis. *Fl. su.* 238. *Sp. pl.* 349. *Iacq. austr.* 2. p. 36. t. 156.

Cicuta. *Dod. pempt.* 461. *Riv. mon.* 75. [*Störck suppl.* 2. t. 1.]

LOC. Europæ agri. *Biennis, vulgaris.*

PHARM. CONII [CICVTAE TERRESTRIS f. VULGARIS] Herba, Succus *inspissatus*, *Extractum*.

F 4

QUAL.

304. [CONII loco non debent colligi *Cicuta virofa*, *Aethusa Cynapium*, *Chærophillum silvestre*, *temulentum*, *bulbosum*, *Tordylium Anthriscus* aliæve umbellatæ, quod sæpe non sine ægrotorum detrimento factum esse constat.]

- QVAL. tetra. *Vsitata.*
 VIS: narcotica, diuretica, suppurationem promovens.
 vsvs: Scirrhus, Scrophula, Carcinoma? Vlcus, Scabies, Gonorrhœa, Leucorrhœa, Atecnia.
 COMP.

ATHAMANTA.

205. ATHAMANTA *cretensis* foliolis linearibus planis hirsutis, petalis bipartitis, feminibus oblongis hirsutis. *Sp. pl.* 352. *Iacq. austr. t.* 62.
 Libanotis foliis tenuissime pinnatis: laciniis petiolatis. *Hall. herb.* 451.
 LOC. Alpes Helvetiæ, Austriæ. *Perennis, cicur.*
 PHARM. DAVCI CRETICI Semina.
 QVAL. acris, aromatica. *Rarior.*
 VIS: carminativa, diuretica, emmenagoga.
 vsvs: Flatulentia, Tussis, Calculus.
 COMP. Andromach; Mithridat; Philonium, *Elect. lauri.*

PEVCEDANVM.

206. PEVCEDANVM *officinale* foliis quinquies tripartitis filiformibus linearibus. *Sp. pl.* 353.
 Peucedanum germanicum. *Bauh. pin.* 149.
 LOC. Galliæ, Angliæ, Germaniæ prata. *Perennis, cicur.*
 PHARM. PEVCEDANI Radix.
 QVAL. calida. *Superflua.*
 VIS: resolvens, nervina, thoracica, diuretica, emmenagoga.
 vsvs: Vlcera, Odontalgia, Soporosi, Hemicrania?
 COMP.

FERVLA.

207. FERVLA *Afa fetida* foliis alternatim finuatis obtusis. *Sp. pl.* 356.
 Afa

Affa foetida disgunensis umbellifera levistico affinis. *Kæmpf. amæn.* 535. *t.* 536.

LOC. Persia. *Perennis, peregrina.*

PHARM. ASSAE FOETIDAE Gummi.

QUAL. Gummi-resina, organica alliata. *Trita, eximia.*

VIS: resolvens, carminativa, pellens, diaphoretica, emmenagoga, antispasmodica, repellens, antihelminthica.

VSVS: Hysteria, Tympanites, Asthma, Sphacelus, Paronychia, Bubo.

COMP. *Troch. myrrhæ, Empl. matricale.*

LASERPITIVM.

208. LASERPITIVM *latifolium* foliolis cordatis inciso-ferratis. *Fl. suec.* 242. *Sp. pl.* 356. *Iacq. austr.* *t.* 146.

Libanotis latifolia altera f. vulgatiore. *Baub. pin.* 157.

LOC. Europæ praevalens arida. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. GENTIANAE ALBAE Radix.

QUAL. amara, acris, aromatica, calida.

Rarior, præstans.

VIS: tonica, resolvens, diuretica, emmenagoga, stomachica.

VSVS: Tertianæ.

COMP.

209. LASERPITIVM *Siler* foliolis ovali-lanceolatis integerrimis petiolatis. *Hort. cliff.* 96. *Sp. pl.* 357. *Iacq. austr. t.* 145.

Ligusticum quod Sefeli officinarum. *Baub. pin.* 162.

LOC. Helvetiæ, Austriæ, Pisæ montes. *Rarior.*

PHARM. SILERIS MONTANI Semina.

QUAL. Cumini odore et sapore remissiore.

Exoleta, superflua.

VIS: carminativa, diuretica, emmenagoga, [stomachica.]

vsvs: Colica lochialis.

COMP. *Elect.* lauri.

HERACLEVM.

210. HERACLEVM *Spondylium* foliis pinnatifidis.
Fl. suec. 243. *Sp. pl.* 258.

Spondylium vulgare hirsutum. *Baub. pin.* 157.

LOC. Europæ prata.

Perennis, vulgaris.

PHARM. BRANCAE VRSI (SPHONDYLI) Herba.

QUAL. subaromatica, dulcescens.

VIS:

vsvs: Dysfenteria.

COMP.

LIGVSTICVM.

211. LIGVSTICVM *Levisticum* foliis multiplicibus:
foliolis superne incis. *Hort. cliff.* 97. *upf.* 62.
Sp. pl. 359.

Ligusticum vulgare. *Baub. pin.* 157.

LOC. Alpes Baldi, Apenninæ.

Perennis, cicur.

PHARM. LEVISTICI Radix, Herba, Semina,

Extr. Essent. ▽, ∟, ∞.

QUAL. tetra, calida, acris. *Sem. urinaria nigra.*

VIS: alexiteria, pellens, carminativa, exanthemata,
emmenagoga.

vsvs: Hysteria.

COMP. *Syr.* Artemisiæ.

ANGELICA.

212. ANGELICA *Archangelica* foliolorum impari lobato. *Fl. lapp.* 101. *suec.* 245. *Sp. pl.* 360. *Fl. dan. t.* 206.

Angelica sativa. *Baub. pin.* 155.

LOC. Alpes, præfertim Lapponicæ, Pyrenææ.

Biennis, cicur.

PHARM. ANGELICAE SATIVAE Radix, ▽; Herba, Semina, ∟, ∞, *Balsamus, Extractum.*

QUAL.

QUAL. acris, amaricans, fragrans, aromatica, calida. *Trita, præstans.*

VIS: alexiteria, resolvens, stomachica, fudorifera, carminativa, emmenagoga.

VSVS: Phlogoses exanthematicæ, Stomacace.

COMP. Orvietanum.

213. ANGELICA *sylvestris* foliolis æqualibus ovato-lanceolatis ferratis. *Fl. suec.* 246. *Sp. pl.* 361.

Angelica sylvestris major. *Baub. pin.* 115.

LOC. Europæ nemora paludosa. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. ANGELICÆ SYLVESTRIS Radix.

QUAL. præcedentis, sed debilior. *Exoleta.*

VIS: præcedenti similis in non omnibus.

VSVS: Hysteria.

COMP.

SIVM.

214. SIVM *Ninsi* foliis ferratis pinnatis, rameis ternatis. *Sp. pl.* 261. *Burm. ind.* 74. t. 29.

Sifarum montanum coræense, radice non tuberosa. *Kæmpf. amæn.* 817. t. 818.

LOC. Iaponia. *Perennis.*

PHARM. NINSI Radix.

QUAL. subdulcis, amaricans, suaviss, aromatica, flavescens. *Rarior, pretiosa.*

VIS: analeptica, inpinguans, cordialis.

VSVS: Atecnia, Debilitas, Marasmus, Senectus?

SISON.

215. SISON *Ammi* foliis tripinnatis: radicalibus linearibus; caulinis fetaceis; stipularibus longioribus. *Sp. pl.* 363. *Iacq. hort.* 2: t. 200.

Ammi parvum, foliis fœniculi. *Baub. pin.* 159.

LOC.

215. [*Sison Amomum*, *Iacq. hort.* 3. t. 17. Officinis pharmaceuticis dat AMOMI VVLG. *Semen.*]

LOC. Apulia. *Annua, submansueta.*
 PHARM. AMMIOS VERI Semina.
 QVAL. amaricans, aromatica. *Rarior, præstans.*
 VIS: sudorifera, carminativa.
 VSVS: Sterilitas.
 COMP. Sem. IV calida minora, Andromach.

BVBON.

216. BVBON *macedonicum* foliolis rhombeo - ovatis crenatis, umbellis numerosissimis. *Hort. cliff. 95. upf. 62. Sp. pl. 364.*

Apium macedonicum. Bauh. pin. 154. non Smyrnum.
 LOC. Macedonia? per Smyrnam. *Perennis, mansueta.*
 PHARM. PETROSELINI MACEDONICI Semina.
 QVAL. aromatica, dulcescens. *Rarior, superflua.*
 VIS: carminativa, diuretica, emmenagoga.
 VSVS:
 COMP. Andromach.

217. BVBON *Galbanum* foliolis rhombeis dentatis striatis glabris, umbellis paucis. *Hort. cliff. 96. Sp. pl. 364. Mant. 335.* Jacq. hort. 3. t. 36.*

Anifum africanum frutescens, folio anisi, galbaniferum. Pluk. alm. 31. t. 12. f. 2.

LOC. Aethiopia. *Perennis, submansueta.*
 PHARM. GALBANI Gummi commune, *depuratum, Essentia, ∞.*

QVAL. *Resinagraveolens, amaricans. Trita, præstans.*
 VIS: anodyna, antispasmodica, pellens, carminativa, emmenagoga, expectorans, repellens, maturans.

VSVS: Asthma, Hysteria, Tumores.

COMP. Andromach; Mithridat; Diafscordium; *Vng. apostol; Vng. althææ; Empl. galban; Empl. diachyl: gummof; Empl. mucilaginis; Empl. diaphoret; Empl. oxycroceum; Empl. stypticum.*

CVMINVM.

218. CVMINVM *Cuminum*. *Sp. pl.* 365. *Riv. pent.*
Cuminum femine longiore. *Baub. pin.* 146.
 LOC. Aegyptus; in Melita præfertim feritur.
Annua, mansueta.
 PHARM. CYMINI Semina, ▽, ∩, ○○.
 QVAL. acris, aromatica. *Rarior, præstans.*
 VIS: carminativa, diuretica, emmenagoga.
 VSUS: Colica flatulenta, Hysteria, Tympanitis,
 [Tumores frigidi.]
 COMP. *Sem.* IV calida majora. [Sacculi resolventes.]

CICVTA.

219. CICVTA *virosa* umbellis oppositifoliis, petio-
 lis marginatis obtusis. *Fl. suec.* 253. *Sp. pl.* 367.
Fl. dan. t. 208. *Gum. norv. I. p.* 26 *t. 2. f.* 1. 2.
Sium erucae folio. *Baub. pin.* 154.
 LOC. Europæ paludes. *Perennis, vulgaris.*
 PHARM. CICVTAE [AQVATICAE] Herba.
 QVAL. acris, septica, tetra. *Rarior, cauta.*
 VIS: narcotica, hypnotica, repellens.
 VSUS: Bubo, Carcinoma, Lienis infarctus, Herpes.
 COMP. *Empl.* cicutæ.

AETHVSA.

220. AETHVSA *Meum* foliis omnibus multipartito-
 fetaceis. *Syst. nat.* 13. 237. *Iacq. austr. t.* 303.
Meum foliis anethi. *Baub. pin.* 148.
 LOC. Montes Italiæ, Galliæ, Helvetiæ, Germaniæ.
Perennis, cicur.
 PHARM. MEV Radix.
 QVAL. acris, aromatica, calida.
 VIS: carminativa, diuretica, emmenagoga.
 VSUS: Tertiana, Asthma, Leucorrhœa.
 COMP. Andromach; Mithridat.

CORIANDRUM.

221. CORIANDRUM *fativum* fructibus globosis.
Hort. cliff. 100. *Hort. ups.* 63. *Sp. pl.* 367.

Coriandrum majus. *Baub. pin.* 158.

LOC. Europæ agri.

Annua, cicur.

PHARM. CORIANDRI Semina, *Confectio.*

QUAL. tetra, suspecta.

Culinaris, rarior.

VIS: hypnotica, carminativa, lactifuga.

VSVS: Hysteria, Tertiana.

COMP.

SCANDIX.

222. SCANDIX *Cerefolium* feminibus nitidis ovato-
 subulatis, umbellis sessilibus lateralibus. *Fl. suec.*

255. *Sp. pl.* 368. *Iacq. austr. t.* 390.

Chærophylum fativum. *Baub. pin.* 152.

LOC. Europæ agri.

Semestris, cicur.

PHARM. CEREFOLII Herba, *Aqua.*

QUAL. aromatica, dulcescens, oleracea, crepitans.

Culinaris, usitata.

VIS: antiphlogistica. resolvens, aperiens, mundifi-
 cans, diuretica, lactifera, vulneraria.

VSVS: Hydrops, Tussis, Hæmoptysis, Phthisis,
 Vertigo, Hæmorrhoids.

COMP.

CHAEROPHYLLUM.

223. CHAEROPHYLLUM *sylvestre* caule lævi striato,
 geniculis tumidiusculis. *Fl. suec.* 257. *Sp. pl.*
 369. *Iacq. austr. t.* 149.

Myrrhis sylvestris, feminibus lævibus. *Baub. pin.* 160.

LOC. Europæ pagi et pomaria. *Perennis, vulgatissima.*

PHARM. CICVTARIAE Herba.

QUAL. amaricans, subfoetida.

Exoleta, superflua.

VIS: subvenenata? dubia.

VSVS:

vsvs: Gangræna.

COMP.

IMPERATORIA.

224. IMPERATORIA *Ostruthium*. *Hort. cliff.* 103.

ups. 65. *Sp. pl.* 371.

Ostruthium. *Dod. pempt.* 514.

LOC. Austriæ montes.

Perennis, cicur.

PHARM. IMPERATORIAE Radix.

QUAL. amaro - acris, aromatica, calida.

Trita, præstans.

VIS: apophlegmatizans, carminativa, sudorifera, emmenagoga.

vsvs: Flatulentia, Hysteria, Colica, Serpigo, Sterilitas, Tertiana, Paralyfis.

COMP. Orvietanum; *Acet. theriacale.*

PASTINACA.

225. PASTINACA *fativa* foliis simpliciter pinnatis.

Hort. cliff. 105. *Hort. ups.* 66. *Fl. su.* 259. *Sp. pl.* 376.

Pastinaca sylvestris latifolia. *Baub. pin.* 155.

LOC. Europa.

Biennis, cicur, oleracea.

PHARM. PASTINACAE Radix, Semina.

QUAL. aquosa.

Culinaris, Rd. superflua.

VIS: diluens, humectans, nutriens, flatulenta, aphrodisiaca, diuretica.

vsvs: Tertiana.

COMP.

226. PASTINACA *Opopanax* foliis pinnatis: foliolis

basi antica excisis. *Syst. nat.* 13. p. 240. *Sp. pl.*

376. [*Gouan illustr.* 19. t. 13. 14.]

Panax costinum. *Baub. pin.* 156.

LOC. Galloprovincia, Italia, Sicilia.

Perennis, subcicur.

PHARM. OPOPANACIS Gummi.

QUAL.

QUAL. Gummi - resina amaricans, acris, graveolens, intus flavescens, extus rufescens. *Rarior.*
 VIS: nervina, eccoprotica, carminativa, emmenagoga.

VSVS: Tuffis fenilis, Asthma humorale, Paralyfis.

COMP. Andromach; Mithridat; *Hiera colocynth;*
Troch. myrrhæ, Vng. apostolorum, Empl. mucilaginofum, Empl. ftipticum, Empl. manus dei, Pilulæ fœtidæ.

ANETHVM.

227. ANETHVM *graveolens* fructibus compressis.
Hort. cliff. 106. Hort. upf. 66.

Anethum hortense. *Baub. pin. 147.*

LOC. Hispania, Lusitania. *Annua, cicur.*

PHARM. ANETHI Herba, ∇, ⊙, Flores, Semina, ∞.

QUAL. tetra, subaromatica. *Culinaris, trita, præstans.*

VIS: hypnotica, carminativa, lactifera.

VSVS: Agrypnia, Colica, Singultus! Vomitus.

COMP. Flores IV carminantes. *Empl. ranarum mercuriale, Empl. mucilagin.*

228. ANETHVM *Feniculum* fructibus ovatis. *Hort. cliff. 106. Hort. upf. 66.*

Feniculum vulgare germanicum. *Baub. pin. 147.*

LOC. Gallia. *Biennis, mansueta.*

PHARM. FOENICVLI Radix, Herba, ∇herb.

Semina, Confectio, ∇sem. ∟.

QUAL. aromatica dulcescens. *Culinaris, trita, præstans.*

VIS: resolvens, pellens, carminativa, lactifera.

VSVS: Ophthalmia! Vomitus. [Tormina infantum.]

COMP. Sem. IV. calida majora. Rad. V aperientes majores. Syr. V radicum, Andromach Mithridat.

Philonium, Diaphœniceum, Benedicta Syr. artemisiæ; Syr. Prasii; Syr. hyssopi. *Pil. aureæ; Hamech.*

CARVM.

229. CARVM *Carvi. Fl. suec. 260. Sp. pl. 378. Iacq. austr. t. 393.*

Cuminum pratense, Carvi officinarum. *Baub. pin. 158.*

LOC. Europæ prata. *Biennis, vulgaris.*

PHARM. CARVI Semina, *Confectio*, ▽, ∩, ∞.

QUAL. acris, aromatica, calida. *Culinaris, præstans.*

VIS: resolvens, carminativa.

VSVS: Colica, Tertianæ.

COMP. Sem. IV calida majora; *Elect. lauri.*

PIMPINELLA.

230. PIMPINELLA *Saxifraga foliis pinnatis: foliolis radicalibus subrotundis; summis linearibus. Fl. suec. 261. Sp. pl. 378. Fl. dan. t. 669. Iacq. austr. t. 395.*

Pimpinella saxifraga major altera. *Baub. pin. 160.*

LOC. Europæ campi. *Perennis, vulgarissima.*

PHARM. PIMPINELLÆ NOSTRATIS [ALBÆ]

Radix, *Conserva, Essentia*, ▽; Herba, Semina.

QUAL. acerrima, hircina, calida.

Trita, præstans, Stabliana.

VIS: resolvens, diaphoretica, diuretica, emmenagoga.

VSVS: Coryza, Dyspnœa, Angina serofa, Hysteria.

COMP.

231. PIMPINELLA *Anisum foliis radicalibus trifidis incis. Sp. pl. 279.*

Anisum herbariis. *Baub. pin. 159.*

LOC. Syria, Aegyptus. *Annua, mansueta.*

PHARM. ANISI Semina, ▽, ∩, ∞.

QUAL. aromatica dulcescens, calidiuscula.

Culinaris, usitata.

VIS: resolvens *sanguinem et lac*, becchica, carminativa.

vsvs: Tormina, Tuffis.

COMP. Sem. IV calida majora, *Pil. aureæ*, *Conf. hamech*, *Bals. fulphuris anifatus*.

APIVM.

232. APIVM *Petrofelinum* foliis caulinis linearibus, involucellis minutis. *Hort. cliff.* 108. *Hort. upf.* 67. *Sp. pl.* 379.

Apium hortense f. *Petrofelinum* vulgo. *Baub. pin.* 153.

LOC: Sardinia. *Biennis, oleracea, cicur.*

PHARM. PETROSELINI Radix; Herba, ▽; Semina, ○○.

QUAL. aromatica, culinaris. *Præstans.*

VIS: resolvens, nutriens, diuretica, emmenagoga, lactifuga.

vsvs: Icterus, Dysuria, Contusura, Ablactatio, Pediculi.

COMP. Syr. V radicum; Syr. hyssopi.

233. APIVM *graveolens* foliis caulinis cuneiformibus, umbellis fessilibus. *Fl. suec.* 262. *Sp. pl.* 379. *Fl. dan. t.* 790.

Apium palustre f. *Apium officinarum*. *Baub. pin.* 154.

LOC. Europæ paludes. *Biennis, cicur.*

PHARM. APII Radix, Herba, Semina.

QUAL. subtetra, dulcescens, suspecta.

Culinaris, rarior.

VIS: carminativa, pellens, fudorifera, diuretica, emmenagoga, repellens.

vsvs: Febres. *noxia* Apoplecticis, Epilepticis, Vertiginosis, Caliginosis, Pediculis.

COMP. Sem. IV calida minora; Radices V aperientes majores; Syr. V radicum; Syr. hyssopi; *Pil. aureæ*.

TRIGYNIA.

RHVS.

234. RHVS *coriaria* foliis pinnatis obtusiuscule ferratis ovalibus subtus villosis. *Hort. cliff.* 106. *upf.* 68. *Sp. pl.* 379.

Rhus folio ulmi. *Baub. pin.* 414.

LOC. Gallia, Italia.

Arbor, mansueta.

PHARM. SVMACH Flores, Semina.

QVAL. styptica, subvenenata.

Rarior, cauta.

VIS: adstringens, coriaria, refrigerans.

VSVS: Diarrhœa, Dysenteria, Stomacace, Rhagas.

COMP.

235. RHVS *Vernix* foliis pinnatis integerrimis annuis opacis, petiolo integro æquali. *Syst. nat.* 13. *p.* 242. *Sp. pl.* 380.

Sits vel Sitz diu. *Kempf. amœn.* 791. *t.* 792.

LOC. Iaponiæ, Virginiae paludosa. *Arbor, mansueta.*

PHARM. VERNICIS Resina, ☉.

QVAL. toxica.

Externa.

VIS:

VSVS: Hæmorrhœis.

COMP. *Vngu. martiatum.*

CASSINE.

236. CASSINE *Peragua* foliis petiolatis ferratis ellipticis acutiusculis, ramulis ancipitibus. *Mant. pl.* 2. *p.* 220. * *Mill. ic.* *t.* 83. *f.* 1.

Cassine veræ perquam similis arbuscula, phillyreæ foliis antagonista. *Pluk. mant.* 46. *t.* 371. *f.* 3.

LOC. Carolina, Virginia.

Arbor, mansueta.

PHARM. PERAGVAE Folia.

QVAL. amara.

Inusitata.

VIS: vomitoria, purgans, sudorifera.

VSVS: Diabetes! Colica calculosa.

COMP.

G 2

SAM-

236. PERAGVAM alii pro specie *Clerodendri* habent.

SAMBVCVS.

237. **SAMBVCVS** *Ebulus* cymis tripartitis, stipulis foliaceis, caule herbaceo. *Fl. suec.* 266. *Sp. pl.* 385. *Sambucus humilis* f. *Ebulus*. *Baub. pin.* 456.
 LOC. Europa, Sueciæ Calmaria. *Perennis, cicur.*
 PHARM. EBVLI Radix, Cortex interior, Folia, Flores, Baccæ, Rob, Semina.
 QVAL. amaro - acris, tetra fœtida, nauseosa.
Rarior, eximia, caute.
 VIS: narcotica, anodyna, pellens, fudorifera, diuretica, emetica, draſtica.
 vsvs: Hydrops, Leucorrhœa, Scabies.
 COMP. *Extr. panchymagog. Empl. ranar. mercuriale.*
238. **SAMBVCVS** *nigra* cymis quinquepartitis, caule arboreo. *Fl. suec.* 265. *Sp. pl.* 385. *Fl. dan.* t. 545.
Sambucus fructu in umbella nigro. *Baub. pin.* 456.
 LOC. Europa; Scania, Oelandia. *Arbor, cicur.*
 PHARM. SAMBVCI Cortex interior, Folia, Flores, *Conserua*, ∇ , \sqcup , \dagger , Baccæ, Rob, \sqcup ; Semina, \odot .
 QVAL. acris, tetra fœtida, nauseosa. *Trita, eximia.*
 VIS: narcotica, anodyna, pellens alvum, sudorem, urinam, menſtrua, lac.
 vsvs: Eryſipelas, [Febres, Rheumatismus, Arthritis, Exanthemata,] *Fl. Rob*; Dysenteria *Bacc*; Hydrops, Varix ani! *Cort.*
 COMP. *Spec. p. cataplasmate.*

TAMARIX.

239. **TAMARIX** *gallica* floribus pentandris. *Hort. cliff.* III. *Sp. pl.* 386. *Mill. ic. t.* 262. f. I.
Tamarix altera ſive folio tenuiore, gallica. *Baub. pin.* 485.

LOC.

LOC. Gallia, Hispania, Italia. *Arbor, mansueta.*

PHARM. TAMARISCI Cortex (*radicis*), Lignum, Folia.

QVAL. styptica. *Vftata, Fol. superflua.*

VIS: adstringens, coriaria, obftipans.

VSVS: Hypochondriafis, Stomacace, Epiphora, Profluvia.

COMP.

TETRAGYNIA.

PARNASSIA.

240. PARNASSIA *palustris*. *Fl. suec.* 268. *Sp. pl.* 391. *Fl. dan.* t. 584.

Gramen parnaffi, albo fimplici flore. *Baub. pin.* 309.

LOC. Europæ prata fubhumida. *Perennis, vulgatiffima.*

PHARM. HEPATICAE ALBAE Herba, Flores.

QVAL. amaricans. *Exoleta, dubia, superflua.*

VIS: fubadstringens.

VSVS: Cardialgia?

COMP.

PENTAGYNIA.

STATICE.

241. STATICE *Limonium* fcapo paniculato tereti, foliis lævibus enerviis fubtus mucronatis. *Fl. suec.* 270. *Sp. pl.* 394. *Fl. dan.* t. 315.

Limonium maritimum majus. *Baub. pin.* 192.

LOC. Arabia. *Dubia planta.*

PHARM. BEHEN RVBRI Radix.

QVAL. styptica. *Exoleta, superflua.*

VIS: adstringens.

VSVS: Debilitas, Hæmorrhagia.

COMP. composita arabum.

239. [TAMARISCI Cort. e *Tamaricis germanica* rad. detrahendum effe, monet *Pharm. austr. prov.*]

LINVM.

242. LINVM *usitatissimum* calycibus capfulisque mucronatis, petalis crenatis, foliis lanceolatis alternis, caule subfolitario. *Sp. pl.* 307.

Linum fativum. *Baub. pin.* 214.

LOC. Pannonia, Hispania. *Annua, cicur, cerealis.*

PHARM. LINI SATIVI Semina, (O).

QUAL. pinguis.

VIS: relaxans, obtundens, emolliens.

VSVS: Arthritis, Calculus, Colica, Hæmoptysis, [Obstipatio, Iliaca, Pleuritis. Sem. Tumores, Hernia incarceration. Angina, Ischuria.]

COMP.

243. LINVM *catharticum* foliis oppositis ovato-lanceolatis, caule dichotomo, corollis acutis. *Fl. suec.* 271. *Sp. pl.* 401.

Linum pratense, flosculis exiguis. *Baub. pin.* 214.

LOC. Europæ pascua humidiuscula. *Annua, vulgaris.*

PHARM. LINI CATHARTICI Herba, ʒij.

QUAL. amara, nauseosa. *Rarior, prestans.*

VIS: purgans.

VSVS: Nephritis, Calculus, Hydrops.

COMP.

DROSERA.

244. DROSERA *rotundifolia* scapis radicatis, foliis orbiculatis. *Fl. suec.* 273. *Sp. pl.* 402.

Ros folis folio rotundo s. oblongo. *Baub. pin.* 357.

LOC. Europæ paludes. *Biennis, vulgaris.*

PHARM. RORIS SOLIS Herba.

QUAL. subacris, lactaria. *Exoleta, dubia.*

VIS: corrodens, suspecta.

VSVS: Verruca? Clavus?

COMP.

CLAS-



CLASSIS VI.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

BROMELIA.

245. BROMELIA *Ananas* foliis ciliato-spinosis mucronatis, spica comosa. *Sp. pl.* 408.

Ananas. Comm. hort. I. p. 109. t. 57.

LOC. America merid. *Perennis, fera.*

PHARM. ANANAS, Fructus, Cortex exterior
[recens].

QUAL. acris, ambrosiaca. *Inusitata.*

VIS: emmenagoga!

VSVS:

COMP.

ALLIVM.

246. ALLIVM *Porrum* caule planifolio umbellifero, staminibus tricuspидatis, radice tunicata. *Hort. ups.* 77. *Sp. pl.* 423.

Porrum commune capitatum. Bauh. pin. 72.

LOC. *Biennis, cicur, oleracea.*

PHARM. PORRI Semina.

QUAL. acris subdulcescens, orgastica.

Exoleta, culinaris.

VIS: calefaciens, emmenagoga, diuretica, diaphoretica.

VSVS: Calculus.

COMP.

247. ALLIVM *Victorialis* caule planifolio umbellifero, umbella rotundata, staminibus lanceolatis corolla longioribus, foliis ellipticis. *Sp. pl.* 424. *Lacq. austr. t.* 216.

Allium montanum latifolium maculatum. *Baub. pin. 74.*

LOC. Alpes Helveticæ. *Perennis, submansueta.*

PHARM. VICTORIALIS LONGAE Radix.

QVAL. acris, orgastica. *Exoleta, superflua.*

VIS: Allii *sequentis.*

VSVS: superstitiosus, magicus.

COMP. Amuleta.

248. ALLIVM *fativum* caule planifolio bulbifero, bulbo composito, staminibus tricuspидatis. *Hort. upf. 76. Sp. pl. 425.*

Allium fativum. *Baub. pin. 73.*

LOC. Sicilia. *Perennis, cicur, oleracea.*

PHARM. ALLII Radix, ▽, +.

QVAL. acris, subcaustica, orgastica, lactaria, urinaria. *Culinaris, præstans.*

VIS: excitans, pellens, maturans, anthelminthica, diuretica, diaphoretica, alexiteria.

VSVS: Hysteria, Colica, Hydrops, Calculus, Tussis, Clavus. [Tania].

COMP. *Oxymel alliatum.*

249. ALLIVM *Cepa* scapo nudo inferne ventricoso longiore foliis teretibus. *Hort. upf. 77. Sp. pl. 431.*

Cepa vulgaris. *Baub. pin. 71.*

LOC. *Biennis, cicur, oleracea.*

PHARM. CEPAE Radix.

QVAL. acris, orgastica. *Culinaris, præstans.*

VIS: maturans, diuretica, diaphoretica, alexiteria, flatulenta, aphrodisiaca, anthelminthica.

VSVS: Hæmorrhagia, Calculus, Otagia, Bubo, usta, Cophosis, Varix ani.

COMP.

LI-

247. VICTORIALIS LONGAE defectu substitui potest ALLIVM *urfinum.*

LILIVM.

250. LILIVM *candidum* foliis sparsis, corollis campanulatis intus glabris. *Hort. cliff.* 120. *ups.* 80.

Sp. pl. 433.

Lilium album, flore erecto, vulgare. *Baub. pin.* 76.

LOC. Syria, Palæstina. *Perennis, cicur.*

PHARM. LILII ALBI Radix; Flores, *Conserua,*

▽, ⊙; Antheræ.

QVAL. *Fl.* fragrans. *Rad.* mucilaginosæ.

Trita, præstans.

VIS: emolliens? maturans, anodyna, *anth.* emmenagoga.

VSVS: Epilepsia, Hydrops. [Tumores].

COMP. *Empl.* mucagin; *Empl.* ranar. mercuriale; Clysteres; Cataplasmata.

SCILLA.

251. SCILLA *maritima* nudiflora, bracteis refractis.

Sp. pl. 442.

Scilla vulgaris, radice rubra. *Baub. pin.* 73.

LOC. Hispaniæ, Siciliæ, Syriæ littora arenosa.

Perennis, submansueta.

PHARM. SQVILLAE Radix, *Acetum.*

QVAL. acris, amara, orgastica, *cruda* corrosiva.

Trita, heroica.

VIS: incidens, stimulan, pellens, diaphoretica, diuretica, emetica, hydragoga, expectorans.

VSVS: Asthma, Tuffis, Cachexia, Hydrops, Icterus, Sopores.

COMP. Andromach; *Oxymel* scilliticum.

ASPHODELVS.

252. ASPHODELVS *ramosus* caule nudo, foliis ensiformibus carinatis lævibus. *Sp. pl.* 144.

Asphodelus albus ramosus mas. *Baub. pin.* 28.

LOC. Hispaniæ, Lusitaniæ, Narbonæ colles.

Perennis, mansueta.

PHARM. ASPHODELI Radix.

QUAL. ingrata, acris. *Dubia, exoleta, superflua.*

VIS: diuretica, emmenagoga, emolliens? maturans.

VSVS:

COMP.

ASPARAGVS.

253. ASPARAGVS *officinalis* caule herbaceo tereti erecto, foliis fetaceis, stipulis paribus. *Fl. suec.* 291. *Sp. pl.* 448. *Fl. dan. tab.* 805.

Asparagus sylvestris, tenuissimo folio. *Baub. pin.* 490.

LOC. Europæ australioris, Scaniæ arenosa.

Perennis, cicur.

PHARM. ASPARAGI Radix, Semina.

QUAL. aquosa, subdulcis, inodora, urinaria foetida.

Culinaris, usitata.

VIS: nutriens, diluens, humectans, debilitans, mundificans, diuretica, aphrodisiaca.

VSVS: Calculus?

COMP. *Rad.* V aperientes majores; *Syr.* Althææ.

CONVALLARIA.

254. CONVALLARIA *majalis* scapo nudo. *Fl. suec.* 292. *Sp. pl.* 451.

Lilium convallium album. *Baub. pin.* 304.

LOC. Europæ, præsertim Sveciæ, prata dura.

Perennis, vulgaris.

PHARM. LILII CONVALLIVM Flores, *Conserua,*

▽, Ω, ∇.

QUAL. fragrans, amara, acris, nauseosa. *Vsitata.*

VIS: narcotica, antispasmodica, errhina, purgans.

VSVS: Epilepsia, Apoplexia, Coryza, Epiphora.

COMP. *Spir.* embryon; *Aqu.* Hirund.

CON-

255. CONVALLARIA *Polygonatum* foliis alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus subunifloris. *Fl. suec.* 294. *Sp. pl.* 451. *Fl. dan.* t. 377.

Polygonatum latifolium vulgare. *Bauh. pin.* 303.

LOC. Europæ præcipitia montium. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. SIGILLI SALOMONIS Radix.

QUAL. fatua, mucilaginosæ. *Exoleta, dubia.*

VIS: cosmetica? vuneraria.

VSVS: Sugillatio.

COMP.

ALOE.

256. ALOE *perfoliata* floribus pedunculatis cernuis corymbosis subcylindricis. *Sp. pl.* 457.

α. *vera* foliis spinosis confertis dentatis vaginantibus planis maculatis. *Hort. cliff.* 131. *Hort. ups.* 86.

Aloë vulgaris. *Bauh. pin.* 386. Kadanaku. *Rheed. mal.* II. p. 7. t. 3.

LOC. Italia, Sicilia. *Perennis, submansueta.*

PHARM. ALOES HEPATICAE ðij, lotæ ðj, *Tinctura, Extractum* ðß.

β. Aloë americana, ananæ floribus suaverubentibus. *Pluk. alm.* 19. t. 240. f. 4.

LOC. Barbados. *Perennis, submansueta.*

PHARM. ALOE SVCCOTRINA.

γ. Aloë guineensis caballina, vulgari similis, tota maculata. *Comm. præl.* 40.

LOC. Guinea. *Perennis, submansueta.*

PHARM. ALOE CABALLINA.

QUAL. amarissima, nauseosa. γ. *Rara; α. β. Trita, heroica.*

VIS: purgans, pellens, balsamica, stomachica, anthelminthica, vuneraria.

VSVS: Obstructiones, Hypochondriasis, Icterus, Vermes. [Vulnus, Vlcus, Caries].

COMP.

256. [Conf. Aloë officinalis *Forsk. flor.* 73. *Aff. lund.* I. p. 112.]

COMP. *Aloë rosata*. *Aloë violata*. *Elix. proprietatis*
 c. † vel c. Δ 3j. *Pil. ammoniacæ*, *cochiæ*, *polychrestæ*, *capitales*, *francofurtens. ruffi*, *succin.*
Stahlianæ Gr. XV. sine quibus. *Extract. panchy-*
mag. Hieræ picra, *Vngu. arthanit. Empl. sticticum.*

ACORVS.

257. ACORVS *Calamus. Fl. suec. 297. Sp. pl. 426.*

α . *Acorus verus* f. *Calamus aromaticus officinarum.*

Bauh. pin. 34.

LOC. *Europæ paludes. Perennis, cicur.*

PHARM. CALAMI VVLGARIS *Radix, condita,*
Extractum, ∇ , Ω .

β . *Acorus verus* f. *Calamus aromaticus radice tenuiore. Herm. lugdb. 9.*

LOC. *India orientalis, Brasilia. Perennis, peregrina.*

PHARM. ACORI VERI *Radix.*

QUAL. *aromatica, acris, amaricans, fragrans.*

VIS: *incidens, alexiteria! calefaciens, pellens,*
diuretica, stomachica.

VSVS: *Anorexia, Febres exanthematicæ malignæ!*
Vertigo.

COMP. *Andromach. Mithridat. Orvietan. Elect. lauri, Troch. acori, Troch. capparidis.*

ACHRAS.

258. ACHRAS *Sapota floribus solitariis, foliis ovato-oblongis. Sp. pl. 470.*

Anona foliis laurinis glabris viridi-fuscis, fructu minore. Sloan. Catesb. car. 2. p. 87. t. 87.

LOC. *America merid. Arbor, peregrina.*

PHARM. SAPOTILLAE *Semina 3j - 3ij.*

QUAL.

VIS:

VSVS:

VSVS: Colica nephritica.

COMP.

BERBERIS.

259. BERBERIS *vulgaris* pedunculis racemosis. *Fl. suec.* 311. *Sp. pl.* 471.

Berberis dumetorum. *Baub. pin.* 454.

LOC. Europæ sylvæ. *Frutex, cicur.*

PHARM. BERBERIDIS Cortex, Bacca, condita, Succus, Syrupus, Rotula, Semen.

QUAL. *Baccar. acidissima; Cort. flava, amara.*

Præstans.

VIS: refrigerans, attenuans, antiputredinosa, *Cort. tinctoria, purgans, tonica.*

VSVS: Febres putridæ, Cholera, *Cort. Icterus, Leucorrhœa, Aphthæ.*

COMP.

DIGYNIA.

ORYZA.

260. ORYZA *fativa*. *Hort. cliff.* 137. *Sp. pl.* 475.

Oryza. Baub. pin. 24.

LOC. Indiæ inundata. *Annua, fera.*

PHARM. ORYZAÆ Semina, Ω .

QUAL. farinosa, dulcis. *Culinaris, rarior.*

VIS: nutriens.

VSVS: cibarius. [Diarrhœa, Dyfenteria].

COMP.

TRIGYNIA.

RVMEX.

261. RVMEX *sanguineus* floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis: unica granifera, foliis ovato-lanceolatis. *Sp. pl.* 476. *Hort. cliff.* 138. *upf.* 89.

Lapathum folio acuto rubente. *Baub. pin.* 115.

LOC. Virginia. *Biennis, cicur.*

PHARM.

PHARM. LAPATHI SANGVINEI Radix, Succus,
Semina.

QVAL. purpurea, auctera. *Inusitata.*

VIS: adstringens, refrigerans.

VSVS: Dyfenteria! Vlcus.

COMP.

262. RVMEX *acutus* floribus hermaphroditis: val-
vulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblon-
gis acuminatis. *Fl. suec.* 316. *Sp. pl.* 478.

Lapathum acutum f. Oxylapathum. *Bauh. hist.* 2. p. 983.

LOC. Europæ humentia. *Perennis, frequens.*

PHARM. LAPATHI ACVTI Radix, Herba, Semen.

QVAL. styptica, nauseosa, *radicis* amarior, lutea,
foliorum acidior. *Præstans, Hb. Superflua.*

VIS: adstringens, eccoprotica.

VSVS: Dyfenteria! Scabies! Vlcus.

COMP.

263. RVMEX *aquaticus* floribus hermaphroditis: val-
vulis integerrimis nudis, foliis cordatis glabris
acutis. *Fl. suec.* 315. *Sp. pl.* 479.

Lapathum aquaticum, folio cubitali. *Bauh. pin.* 116.

LOC. Europæ paludes. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. HERBAE BRITANNICAE Radix.

QVAL. flava, amaricans, auctera. *Rarior, eximia.*

VIS: adstringens, refrigerans.

VSVS: Cacoethes! Vlcus malignum, Stomacace!
Hæmorrhagia!

COMP. Pulv. dentifr.

264. RVMEX *scutatus* floribus hermaphroditis, foliis
cordato-hastatis, caule tereti. *Hort. cliff.* 138.
ups. 89. *Sp. pl.* 480.

Acetosa rotundifolia hortensis. *Bauh. pin.* 114.

LOC. Galloprovincia, Hetruria. *Biennis, cicur.*

PHARM. ACETOSAE ROTVNDIFOLIAE Herba.

QVAL.

QUAL. acida, reliquis debilior. [Rum. *Acetosa* gratior minusque austeram]. *Exoleta.*

VIS: refrigerans.

VSVS: Scorbutus.

COMP.

265. RVMEX *alpinus* floribus hermaphroditis sterilibus femineisque valvulis integerrimis nudis, foliis cordatis obtusis rugosis. *Sp. pl.* 480.

Lapathum hortense rotundifolium. *Bauh. pin.* 115.

LOC. Europæ humentia. *Perennis, frequens.*

PHARM. RHABARBARI MONACHORVM Radix.

QUAL. amaro - austeram, flava.

VIS: adstringens, sublaxans.

VSVS: Vlcus.

COMP.

266. RVMEX *Acetosa* floribus dioicis, foliis oblongis sagittatis. *Fl. suec.* 318. *Sp. pl.* 481.

α. *Acetosa pratensis.* *Bauh. pin.* 114.

LOC. Europæ graminosa. *Perennis, vulgarissima.*

PHARM. ACETOSAE NOSTRATIS Radix, Herba, *Conserva, Syrupus, ∇, Semina.*

β. *Acetosa montana maxima.* *Bauh. pin.* 114.

LOC. Alpes variæ, Lapponicæ. *Perennis, cicur.*

PHARM. ACETOSAE HISPANICAE Radix.

QUAL. acido - austeram, amara. *Rad. rubra.*

Rarior, præstans.

VIS: refrigerans, tonica, obstipans.

VSVS: Scorbutus, Profluvia, Febres exacerbantes.

COMP. Decocta rubra; Diascordium; *Conf.* Hyacinth.

COLCHICVM.

267. COLCHICVM *auctumnale* foliis planis lanceolatis erectis. *Hort. cliff.* 140. *Hort. ups.* 90. *Sp. pl.* 485.

Col.

Colchicum commune. *Baub. pin.* 67.

LOC. Europæ australioris prata succulenta.

Perennis, cicur.

PHARM. COLCHICI Radix, *Extractum.*

QUAL. graveolens, acris.

Rarior.

VIS: narcotica, phantastica, diuretica, draastica, exanthematica, pthiriaca.

VSVS: Hydrops, Marisca, Amuletum Pestis.

COMP Oxymel Colchici.

TETRAGYNIA.

PETIVERIA.

268. PETIVERIA *alliacea* floribus hexandris. *Hort. cliff.* 141. *ups.* 91. *Act. stockb.* 1744. p. 287. t. 7.

Sp. pl. 486. *Trew. ebret.* p. 33. t. 67.

Verbenæ aut scorodoniæ affinis anomala, flore albido, alii odore. *Sloan. jam.* 64.

LOC. Iamaica, Gallia æquinoctialis. *Frutex, fera.*

PHARM. SCORODONIAE Herba.

QUAL. orgastica, alliacea, lactaria, urinaria.

Præstans.

VIS: sudorifera, diuretica.

VSVS: Febr. intermittentes, exacerbantes.

COMP.



CLASSIS VIII.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

TROPÆOLVM.

269. TROPÆOLVM *majus* foliis peltatis subquinquelobis, petalis obtusis. *Hort. ups.* 93. *Sp. pl.* 490. Viola inodora scandens, nasturtii sapore, maxima odorata. *Herm. lugdb.* 628.

LOC. Peru. *Perennis, nobis annua, cicur.*

PHARM. NASTVRTII INDICI Herba.

QUAL. aquosa, acris, oleracea. *Exoleta, superflua.*

VIS: diuretica.

VSVS: Scorbutus.

COMP.

AMYRIS.

270. AMYRIS *Elemifera* foliis ternatis quinato-pinnatisque subtus tomentosis. *Syst. nat.* 12. p. 266. Icariba. *Marg. bras.* 98.

LOC. Nova Hispania. *Arbor, peregrina.*

PHARM. ELEMI Resina.

QUAL. pellucida, flavescenti - subvirescens: fumo suavi. *Rarior.*

VIS: vulneraria, diuretica.

VSVS: Vulnus capitis, Punctura, Dolores, Tumor.

COMP. *Bals. arcæi.*

271. AMYRIS *Opobalsamum* foliis pinnatis, foliolis sessilibus. *Amæn. acad.* 7. p. 68. * *Mant. pl.* 65.

Opobalsamum. *Alp. ægypt.* 48. *Geoffr. mat.* 473.

Dal. pharm. 308.

LOC. Arabia felix. *Arbor, peregrina.*

H

PHARM

PHARM. MECHAE Balsamum Gt. xij.

XYLOBALSAMI Lignum.

CARPOBALSAMI Fructus.

QUAL. tenaci-liquida, resinosa. *Rarior, præstans.*

VIS: detergens, diuretica! balsamica, antiseptica,
vulneraria, emmenagoga, cosmetica.

VSVS: Asthma, Phthisis, Gonorrhœa.

COMP.

LAWSONIA.

272. LAWSONIA *inermis* ramis *inermibus*. *Fl. zeyl.*

135. *Sp. pl.* 498.

Pontaletsce. *Rheed. mal.* 4. p. 117. t. 57.

LOC. India, Aegyptus, Syria. *Arbor, fera.*

PHARM. ALCANNAE VERAE Radix, *Tinctura,*
Folia.

QUAL. *Rad.* rubra. *Fol.* lutea.

Rarior, præstans, Turcica.

VIS: adstringens, tinctoria.

VSVS: Sophisticatio, Formositas.

COMP. *Vngu.* rub. potabile, *Tincturæ* rubræ, *Decocta*
rubra.

VACCINIVM.

273. VACCINIVM *Myrtillus* pedunculis unifloris,
foliis ferratis ovatis deciduis, caule angulato.

Fl. suec. 333. *Sp. pl.* 498.

Vitis idæa foliis oblongis crenatis, fructu nigri-
cante. *Baub. pin.* 470.

LOC. Europæ, præsertim Sueciæ sylvæ.

Frutex, vulgatissimus.

PHARM. MYRTILLI BACCAE, *Syrupus.*

QUAL. acidula.

Rarior.

VIS: subrefrigerans, subadstringens.

VSVS: Diarrhœa, Scorbutus.

COMP.

VAC-

274. ALCANNA raro et vix nunquam in nostris officinis occur-
rit, sed ejus loco et nomine *Achusa* tinctoria,

274. VACCINIVM *Vitis idæa* racemis terminalibus nutantibus, foliis obovatis revolutis integerrimis subtus punctatis. *Fl. suec.* 334. *Sp. pl.* 500. *Fl. dan. t.* 40.

Vitis idæa foliis subrotundis non crenatis, bacis rubris. *Baub. pin.* 470.

LOC. Europa, præfertim sylvæ Sueciæ.

Frutex, vulgatissimus.

PHARM. VITIS IDAEAE Rob.

QUAL. acida.

Præstans.

VIS: refrigerans, attenuans.

VSVS: Febrium æstus.

COMP.

DAPHNE.

275. DAPHNE *Mezereum* floribus sessilibus ternis caulinis, foliis lanceolatis deciduis. *Sp. pl.* 504. *Fl. dan. t.* 268.

Laureola folio deciduo, flore purpureo. *Baub. pin.* 462.

LOC. Europæ sylvæ umbrosæ. *Frutex, cicur.*

PHARM. LAVREOLAE Cortex.

COCCIGNIDII Semina.

QUAL. insipida, tum acris, septica, toxica.

Rarior, cauta.

VIS: corrodens, rubefaciens, excorians, stimulan-
pellens, vomitoria, drastica, cardialgica, febrilis.

VSVS: Hydrops, Ulcus cacoëthicum, Carcinoma,
Lupibus.

COMP.

276. DAPHNE *Laureola* racemis axillaribus quinque-
floris, foliis lanceolatis glabris. *Sp. pl.* 510.

Gesn. fasc. 1. p. 7. t. 6. f. 9. *Iacq. austr. t.* 183.

Laureola sempervirens, flore viridi. *Baub. pin.* 462.

LOC. Italia, Anglia, Germania. *Frutex, mansuetus.*

H 2

PHARM.

274. VITIS IDAEA non recepta est in nostris officinis, quam et vis et copia commendat.

PHARM. MEZEREI Cortex.

QUAL. acris, septica, toxica. *Exoleta, cauta.*

VIS: corrodens, rubefaciens, excorians, draistica.

VSVS: Hydrops. Externus.

COMP.

TRIGYNIA.

POLYGONVM.

277. POLYGONVM *Bistorta* caule simplicissimo monostachyo, foliis ovatis in petiolum decurrentibus. *Sp. pl.* 516. *Fl. dan. t.* 421.

Bistorta major, radice magis intorta. *Baub. pin.* 192.

LOC. Germaniæ prata subhumida fertilia.

Perennis, cicur.

PHARM. BISTORTAE Radix.

QUAL. styptica, rubra.

Vsitata, laudabilis.

VIS: adstringens.

VSVS: Dysenteria, Leucorrhœa, Stomacace, Profluvia.

COMP. Diascordium; *Acet.* Theriacale.

278. POLYGONVM *Hydropiper* floribus hexandris semidigynis, foliis lanceolatis, stipulis submuticis. *Fl. suec.* 343. *Sp. pl.* 517.

Persicaria urens seu *Hydropiper*. *Baub. pin.* 101.

LOC. Europæ nostræ subhumida. *Annua, vulgatissima.*

PHARM. PERSICARIAE Herba, ▽.

QUAL. acris, urens, lutea.

Rarior.

VIS: incidens, corrodens, rubefaciens, stimulans, diuretica.

VSVS: Calculus! Odontalgia, Excoriatura oris.

COMP.

279. PO-

276. MEZEREI cortex, si hæc (276) species *Daphnes* non occurrat, commode a priore (275) specie desumi potest. [Cel. *Bergio* auctore e *Daphne Thymelæa* desumendus est. *Mat. med.* 197. Cl. *Leroy* usum corticis *Daphnes Gnidii* commendat in lib. *sur l'écorce de Garou Par.* 1767.]

279. POLYGONVM *aviculare* floribus octandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis, caule procumbente herbaceo. *Fl. suec.* 339. *Sp. pl.* 519. *Fl. dan. t.* 803.

Polygonum latifolium. *Baub. pin.* 281.

LOC. Europæ culta, ruderata. *Annua, vulgatissima.*

PHARM. CENTVMNODIAE Herba.

QUAL. subinsipida, inodora. *Exoleta, superflua.*

VIS: subadstringens, vulneraria,

VSVS: Prolapsus.

COMP.

280. POLYGONVM *Fagopyrum* foliis cordato-fagittatis, caule erectiusculo inermi, seminum angulis æqualibus. *Fl. suec.* 345. *Sp. pl.* 522.

Fagopyrum. *Dod. pempt.* 512.

LOC. Asia.

Annua, cerealis, cicur.

PHARM. FAGOPYRI Semina.

QUAL. farinacea.

Culinaris, rarior.

VIS: refrigerans, obstipans, nutriens.

VSVS: cibarius.

COMP.

SAPINDVS.

281. SAPINDVS *Saponaria* foliis impari - pinnatis, caule inermi. *Sp. pl.* 526.

Nuciprunifera arbor americana, fructu saponario orbiculato nigro. *Pluk. alm.* 255. *t.* 217. *f.* 7.

Comm. hort. I. p. 183. *t.* 94?

LOC. Brasilia, Iamaica.

Arbor, fera.

PHARM. SAPONARIAE NVCVLAE.

QUAL. spumescens.

Præstans.

VIS: saponacea.

VSVS: Chlorosis! Leucorrhœa,

COMP.

TETRAGYNIA.

PARIS.

282. PARIS *quadrifolia*. *Fl. suec.* 346. *Sp. pl.* 527.*Fl. dan.* 139.Solanum quadrifolium bacciferum. *Bauh. pin.* 167.Loc. Europæ umbrosa. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. PARIDIS [Herba,] Baccæ.

QUAL. tetra, dulcescens.

Exoleta.

VIS: antispasmodica.

VSVS: [Convulsiones, Mania, Bubones,] Pleuritis, Ophthalmia.

COMP.



CLASSIS XI.

ENNEANDRIA.

MONOGYNIA.

LAVRVS.

283. LAVRVS *Cinnamomum* foliis trinerviis ovato-oblongis: nervis versus apicem evanescentibus.

Sp. pl 528. [*Aublet. guian.* 362.]

Cassia cinnamomea. *Herm. lugdb.* 129. t. 655. *Burm. zeyl.* 63. t. 28.

LOC. Zeylona, Martinica. *Arbor, peregrina.*

PHARM. CINNAMOMI Cortex, *Syrupus*, ∇ fine vino, ∇ cum vino, ♁, ☉ Gtj.

QUAL. dulcis, dein acris, aromatica, suavissima, fragrantissima. *Trita, heroica.*

VIS: cordialis, analeptica, corroborans, calefaciens, perspirans, antifebrilis, carminativa, stomachica.

VSVS: Debilitas, Vomitus, Tympanitis, Leucorrhœa, Menorrhagia.

COMP. *Balsam.* Cinnamomi; *Aqua* Cinnamomi hordeata; *Aqua* Cinnam. cydoniata; *Andromach.* Mithridat; *Diascordium*; *Orvietan*; *Philonium*; *Diaphœnic*; *Conf.* Alkermes; *Hamech*; *Hiera picra*; *Balsam.* Apoplect; *Aqua* confortans perlata.

§. Katou - karua. *Rheed. mal.* 5. p. 105. t. 53.

LOC. Malabarica. *Arbor, peregrina.*

PHARM. MALABATHRI Folium.

QUAL. acris, aromatica, fragrans, debilis.

VIS: calefaciens, stimulan.

VSVS: Paralyfis linguæ.

COMP. *Andromach*; *Mithridat.*

284. LAVRVS *Cassia* foliis triplinerviis lanceolatis.
Fl zeyl. 146. *Sp. pl.* 328.

Cassia malabarica. *Herm. lugdb.* 130. *Burm. zeyl.* 63.
 t. 28.

LOC. Malabarica, Java, Sumatra. *Arbor, peregrina.*

PHARM. CASSIAE LIGNEAE Cortex.

QUAL. Cinnamomi, debilior. *Rarior, præstans.*

VIS: Cinnamomi, debilior magisque adstringens.

VSVS: Diarrhœa.

COMP. Andromach; Mithridat; Philonium; Dia-
 scordium; *Troch.* Hedycroi; *Spec.* Diamoschi.

285. LAVRVS *Camphora* foliis triplinerviis lanceo-
 lato - ovatis. *Sp. pl.* 528.

Laurus camphorifera. *Kæmpf. amœn.* 770. t. 771.

Breyn. cent. 16. t. 1. *Comm. hort.* 1. t. 95.

LOC. Iaponia.

Arbor, fera.

PHARM. CAMPHORAE Refina Grj. -- $\text{Э}\beta$, Ω , O° .

QUAL. aromatica, acris, amaricans, fragrantissima,
 frigida, antiseptica, antispasmodica. *Trita, heroica.*

VIS: resolvens, nervina, pellens, fudorifera, re-
 frigerans, anthelminthica.

VSVS:

283. 284. [Ex mente *Cel. Bergii mat. med.* 204. *sqq.* et secundum
Pharmacopœam suevicam Holm. 1779. dat:

A. LAVRVS *Cinnamomum* n. 203.

PHARM. CINNAMOMI VERI Cort.

B. LAVRVS *Cassia* n. 204.

Carua. *Rheed. mal.* 1. p. 107. t. 57.

PHARM. CINNAMOMI INDICI Cort.

MALABATHRI Folia.

C. LAVRVS *Malabathrum* foliis trinerviis ovatis acuminatis, ner-
 vis versus apicem confluentibus. *Burm. ind.* 92.

Katou karua. *Rheed. mal.* 5. p. 105. t. 53.

LOC. India orientalis.

Arbor, peregrina.

PHARM. CASSIAE LIGNEAE Cort.]

285. [Aliam arborem campheriferam, a Lauro *Camphora* diver-
 sam, adhuc tamen obscuram, commemorat *Cl. Miller* in *Phil.*
transact. 1778. vol. 1. (*Forster beytr. zur völker - und län-*
derkunde 1. p. 19.) eadem, quam *Sylvius* in *Valentini Ind.*
litt. p. 488. descripsit et cujus folia *ibid.* t. 7. delineavit.]

VSUS: Contagium, Inflammatio; Febres, Mania, Epilepsia, Hysteria, Odontalgia, Ophthalmia, Rheumatismus.

COMP. *Vngu.* Album; *Pulv.* pannonic; *Conf.* Hyacinth; *Vngu.* Aegypt. *Empl.* Stictic.

286. LAVRVS *Culilaban* foliis triplinerviis oppositis. *Mantiss. pl.* 237. †

Cortex caryophylloides. *Rumph. amb.* 2. p. 65. t. 14. *E. N. C. dec.* 2. ann. 3. p. 53.

LOC. India orientalis. *Arbor, fera.*

PHARM. CVLILAWAN Cortex, $\circ\circ$.

QUAL. aromatica, mucilaginoso, subadstringens.

Eximia, rarior.

VIS: calefaciens, carminativa! stomachica, roborans, antiparalytica.

VSUS: Colica flatulenta.

COMP.

287. LAVRVS *nobilis* foliis venosis lanceolatis perennantibus, floribus quadrifidis. *Hort. cliff.* 155. *ups.* 98. *Sp. pl.* 529.

Laurus vulgaris. *Baub. pin.* 460.

LOC. Græcia, Italia. *Arbor, mansueta.*

PHARM. LAVRI Baccæ, ∇ , \odot , $\circ\circ$, Folia.

QUAL. calida, subacris, aromatica. *Trita, præstans.*

VIS: stomachica, calefaciens, resolvens, pellens, carminativa, phtiriaca.

VSUS: Colica lochialis.

Pulsatilla folio crassiore, majore flore. *Baub. pin. 177.*

LOC. Europæ colles aprici. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. PULSATILLÆ Herba, ▽.

QVAL. acerrima, toxica. *Exoleta, superflua.*

VIS: corrodens, rubefaciens.

VSVS: Febres.

COMP.

390. ANEMONE *nemorosa* feminibus acutis, foliolis
 incisif, caule unifloro. *Fl. suec. 485. Sp. pl. 762.*
Fl. dan. t. 549.

Anemone nemorosa, flore majore. *Baub. pin. 176.*

LOC. Europæ nemora prataque verna.

Perennis, frequens.

PHARM. RANUNCULI ALBI Flores, ▽.

QVAL. acris, toxica.

Rarior.

VIS: corrodens, cosmetica.

VSVS: Cephalalgia.

COMP.

CLEMATIS.

391. CLEMATIS *recta* foliis pinnatis: foliolis ova-
 to-lanceolatis integerrimis, caule erecto, flo-
 ribus pentapetalis tetrapetalisque. *Hort. cliff.*
225. Sp. pl. 767. Jacq. flor. 3. p. 49. t. 291.

Flam-

389. [Frequentius adhibetur PULSATILLA *nigricans*, quæ *Anemone pratensis* est, in morbis oculorum, præeunte Perill. a *Syrack.*]

Flammula. *Cam. epit.* 608. *recta. Baub. pin.* 300.
 LOC. Germaniæ, Galliæ colles. *Perennis, cicur.*
 PHARM. FLAMMVLAE IOVIS Herba, Flores.
 QVAL. acris.
 VIS: diuretica, sudorifera, laxans, vesicans.
 VSVS: Ulcera cancrofa e Syphilitide.
 COMP.

RANVNCVLVS.

392. RANVNCVLVS *Ficaria* foliis cordatis angu-
 latis petiolatis, caule unifloro. *Fl. suec.* 496.
Sp. pl. 774. *Fl. dan. t.* 499.
Chelidonia rotundifolia minor. Baub. pin. 309.
 LOC. Europæ umbrofa, culta. *Perennis, vulgaris.*
 PHARM. CHELIDONII MINORIS Radix, Herba.
 QVAL. subinfipida, oleracea. *Exoleta, dubia, superflua.*
 VIS: cosmetica. [diuretica.]
 VSVS: Varix ani? [Scorbutus.]
 COMP.

HELLEBORVS.

393. HELLEBORVS *niger* fcapo fubbiifloro fubnu-
 do, foliis pedatis. *Hort. upf.* 157. *Sp. pl.* 783.
 [Schmidel. *ic. p.* 26. *t.* 6.]
Helleborus niger, flore rofeo. Baub. pin. 186.
 LOC. Alpes Apenninæ, Auftriæ, Hetruriæ.
Perennis, manfueta.
 PHARM. HELLEBORI NIGRI Radix ðj, Fibræ,
Extractum ðß.
 QVAL. acris, amaricans, fubnaufeofa, fœtida.
Trita, eximia.
 VIS: purgans! pellens, emmenagoga.
 L 2 VSVS:

363. [*Helleboro nigro* paffim fubftituntur *Helleborus viridis*, cujus
 rad. amarior, acrior magisque naufeofa; *Adonis vernalis* (Helleb.
 Hippocratis falfo dicta), *Aſſea fpicata*, *Trollius europæus*,
Aſſrantia major, quæ debiliores; *Aconitum Napellus*, quæ
 venenatifſima. *Conf. Nov. añ. Acad. N. C. vol. 6. p. 144. fqq.*]

vsvs: Melancholia, Hypochondriasis, Mania, Chlorosis, Achor.

comp. *Extr. cathol*; *Extr. panchymagog*; *Pil. Starkei*.

394. HELLEBORVS *fœtidus* caule multifloro folioso, foliis pedatis. *Hort. cliff.* 227. *Sp. pl.* 227.

Helleborus niger fœtidus. *Bauh. pin.* 185.

Loc. Germania, Gallia. *Perennis, cicur.*

PHARM. HELLEBORI FOETIDI Herba.

QUAL. acris, tetra.

vis: purgans, emetica, anthelminthica.

vsvs: Vermes.

COMP.



CLASSIS XIV.

DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

AIVGA.

395. AIVGA *pyramidalis* tetragono-pyramidalis villosa, foliis radicalibus maximis. *Fl. suec.* 512.
Sp. pl. 785. *Fl. dan. t.* 185.

Consolida media genevensis. *Bauh. hist.* 3. p. 432.

LOC. Europæ prata montana, viæ. *Biennis, vulgaris.*

PHARM. CONSOLIDAE MEDIAE Herba.

QUAL. amara.

Exoleta, dubia.

VIS: subadstringens, vulneraria.

VSVS: Contusura.

COMP.

TEVCRIVM.

396. TEVCRIVM *Chamæpitys* foliis trifidis linearibus integerrimis, floribus sessilibus lateralibus solitariis, caule diffuso. *Hort. ups.* 160. *Sp. pl.* 787.
Fl. dan. t. 733.

Chamæpitys lutea vulgaris f. folio trifido. *Bauh. pin.* 249.

LOC. Italiæ, Angliæ, Austriæ agri. *Annua, cicur.*

PHARM. CHAMAEPITYOS Herba.

QUAL. resinoso-aromatica, amara. *Trita, præstans.*

VIS: tonica, stomachica, resolvens, pellens, emmenagoga.

VSVS: Rheumatismus, Arthritis, Podagra, Hæmaturia?

COMP. Andromach.

L 3

397.

395. [*Consolidæ mediæ herbam* extra Sueciam *Ajuga reptans* subministrat.]

396. [Ad AIVGAE genus potius referenda est, monente b. Hallero.]

397. TEVCRIVM *creticum* foliis lanceolato-linearibus integerrimis, floribus racemosis ternis. *Sp. pl.* 788. Rosmarinum stoechados facie. *Alp. exot.* 103. f. 102. LOC. Creta. *Suffrutex, mansuetus.*
 PHARM. POLII CRETICI Herba.
 QVAL. amara. *Exoleta, debilis, superflua.*
 VIS: tonica.
 VSVS: Calculus, Icterus.
 COMP. Andromach; Mithridat.
398. TEVCRIVM *Marum* foliis integerrimis ovatis acutis petiolatis subtus tomentosis, floribus racemosis secundis. *Sp. pl.* 788. *diff. de maro.*
Marum cortusi. Baub. hist. 3. p. 242.
 LOC. Regnum Valentinum. *Suffrutex, mansuetus.*
 PHARM. MARI VERI Herba, Folia s. s. *Essentia.*
 QVAL. spirans, acutissima, amara. *Rarior, cara, heroica.*
 VIS: resolvens, nervina! pellens, diuretica, emmenagoga, errhina, cordialis, tonica.
 VSVS: Cachexia, Hydrops, Asthma! Oblivio, Soporosi! Anosmia, Hysteria.
 COMP.
399. TEVCRIVM *Scordium* foliis oblongis sessilibus dentato-ferratis, floribus geminis axillaribus pedunculatis, caule diffuso. *Fl. suec.* 513. *Sp. pl.* 790. *Fl. dan. t.* 593.
Scordium. Baub. pin. 247.
 LOC. Europa; Sueciæ Oelandia, Gothlandia.
Herba, perennis.
 PHARM. SCORDII Herba, *Syrupus, Essentia, ∇.*
 QVAL. amara, acris, organica alliata, lactaria.
Trita, eximia.
 VIS: balsamica, tonica, antiputredinosa! alexiteria! antifebrilis, resolvens, pellens, diaphoretica, anthelminthica.

VSVS:

398. [*Polium creticum verum est Teucrium Teuthrion Schreb. unil.* 47.]

vsvs: Gangræna! Febres, Pestis, Vlcus.

COMP. Ther. Alexipharm; Andromach; Orvietan;
Mithridat; Diafcordium; *Essent.* alexipharm.
Stablii.

400. TEVCRIVM *Chamædrys* foliis cuneiformi-ova-
tis incisifis crenatis petiolatis, floribus ternis,
caulibus procumbentibus subpilofis. *Hort. cliff.*

302. *Sp. pl.* 790.

Chamædrys major (minorque) repens. *Baub. pin.* 248.

LOC. Italia, Gallia, Anglia, Germania, Helvetia.
Perennis, mansueta.

PHARM. CHAMAEDRYOS Herba.

QUAL. spirans, amara. *Trita, præstans.*

VIS: balsamica, tonica, stomachica, pellens, fu-
dorifera, emmenagoga.

vsvs: Arthritis, Podagra, Tertiana! Scrophulæ,
Catarrhus, Chlorosis.

COMP. Andromach.

SATVREIA.

401. SATVREIA *hortensis* pedunculis bifloris. *Virid.*
cliff. 87. *Hort. upf.* 161. *Sp. pl.* 795.

Satureja hortensis. *Baub. pin.* 218.

LOC. Monspelium.

Annua, cicur.

PHARM. SATVREIAE Herba, ▽, ♂♂, Semina.

QUAL. spirans, aromatica. *Rarior, præstans.*

VIS: resolvens, excitans, pellens, stomachica,
emmenagoga, aphrodisiaca.

vsvs: Anorexia, Atecnia,

COMP.

402. SATVREIA *capitata* floribus spicatis, foliis ca-
rinatis punctatis ciliatis. *Sp. pl.* 795.

Thymus capitatus, qui *dioscoridis.* *Baub. pin.* 219.

LOC. Græcia, Creta, Bætica, Hispalis, Gades.

Suffrutex, ferus.

PHARM. THYMI CRETICI Herba.

QVAL. spirans, Thymo 422. 423. fortior.

Exoleta, præstans.

VIS: Thymo vulgari 423. fortior.

VSVS:

COMP.

HYSSOPVS.

403. HYSSOPVS *officinalis* spicis secundis, foliis lanceolatis. *Sp. pl.* 796. *Iacq. austr. t.* 254.

Hyssopus officinarum cærulea f. spicata. *Bauh. pin.* 217.

LOC. Auftriæ subalpina, Russia australis.

Suffrutex, cicur.

PHARM. HYSSOPI Herba, *Conserva, Syrupus, Essentia*, ▽, ♂, Semina.

QVAL. amaricans, nidorosa halituosa. *Trita, præstans.*

VIS: balsamica, tonica, resolvens, expectorans, stomachica.

VSVS: Tussis, Angina, Asthma humorale, Podagra, Calculus, Ophthalmia, Sugillatio.

COMP. Syr. Hyssopi.

NEPETA.

404. NEPETA *Cataria* floribus spicatis, verticillis subpedicellatis, foliis petiolatis cordatis dentato-ferratis. *Fl. suec.* 514. *Sp. pl.* 796. *Fl. dan. t.* 580.

Mentha cataria vulgaris et major. Bauh. pin. 228.

LOC. Europæ pagi, ruderata. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. NEPETAE Herba.

QVAL. hircosa felina, amara. *Exoleta, præstans.*

VIS: resolvens, pellens, cephatica, emmenagoga, anthelminthica.

VSVS: Hysteria, Chlorosis!

COMP. *Inseffus.*

LAVANDVLA.

405. LAVANDVLA *Spica* foliis lanceolatis integris, spicis nudis. *Hort. cliff.* 303. *ups.* 162. *Sp. pl.* 800. *Lavandula latifolia et angustifolia.* *Bauh. pin.* 216. **LOC.** Italia, Hispania, Gallia narbonensis.

Suffrutex, subcicur.

PHARM. LAVANDVLAE Flores, *Conserua*, ∇, √, ∞, ∞.

SPICAE ∞.

QUAL. amara, spirans.

Trita, eximia.

VIS: nervina, resolvens, cephalica, uterina.

VSVS: Aphonia, Balbuties, Dystocia.

COMP. *Bals. lavandulæ; Bals. apoplect. Spir. embryon.*

406. LAVANDVLA *Stoechas* foliis lanceolato-linearibus integerrimis, spicis comosis. *Hort. cliff.* 303. *ups.* 162. *Sp. pl.* 800.

Stoechas purpurea. *Bauh. pin.* 216.

LOC. Hispania, Lusitania, G. Narbonensis.

Suffrutex, mansuetus.

PHARM. STOECHADIS ARABICAE Flores, (*Spica rectius*).

QUAL. spirans, præcedenti graveolentior. *Exoleta.*

VIS: cephalica, nervina.

VSVS: Paralysis, Vertigo, Hypochondriasis.

COMP. Mithridatium.

MENTHA.

407. MENTHA *Auricularia* spicis oblongis, foliis oblongis serratis pilosis sessilibus, staminibus corolla longioribus. *Mantiss. pl.* 81. *Fl. zeyl.* 48.*

Majorana foetida. *Rumph. amb.* 6. p. 41. t. 16.

LOC. Indiæ orientalis aquosa.

Fera.

PHARM. MENTHAE AVRICVLARIAE Herba.

QUAL. amara, spirans.

Ignota.

VIS: resolvens.

vsvs: Cophosis, Tumores.

COMP.

408. MENTHA *sylvestris* spicis oblongis, foliis oblongis tomentosis ferratis sessilibus, staminibus corolla longioribus. *Sp. pl.* 804. *Fl. dan. t.* 484. Mentha sylvestris, folio longiore. *Baub. pin.* 227. LOC. Germania, Anglia, Gallia. *Perennis, cicur.* PHARM. MENTHAE SYLVESTRIS Herba.

QVAL. amaricans, spirans. *Rarior, externa.*

VIS: sequente debilior, magisque adstringens.

vsvs: Calculus, Hysteria, Colica, Vomitus.

COMP. Epithemata.

409. MENTHA *crispa* floribus capitatis, foliis cordatis dentatis undulatis sessilibus, staminibus corollam æquantibus. *Hort. cliff.* 306. *upf.* 168. *Sp. pl.* 805. Mentha crispa danica f. germanica speciosa. *Morist. hist.* 3. p. 367. f. II. t. 6. f. 5.

LOC. Europa. *Perennis, cicur.*

PHARM. MENTHAE CRISPAE Herba, *Conserua, Syrupus*, ▽, ∩, ∞, ⊙.

QVAL. amaricans, spirans. *Trita, eximia.*

VIS: resolvens, pellens, carminativa, ructatrix, antaphrodisiaca, emmenagoga, lac repellens, stomachica.

vsvs: Soporosi, Cephalalgia, Vomitus, Colica! Anorexia! Lienteria, Hysteria, Dysmenorrhœa, Leucorrhœa, Asthma, Tussis convulsiva! Bubo mammarum, Satyriasis.

COMP. *Spir.* embryon.

410. MENTHA *piperita* floribus capitatis, foliis ovatis ferratis petiolatis, staminibus corolla brevioribus. *Sp. pl.* 805. [*Knigg. diff. t.* 1.] Mentha spicis brevioribus et habitioribus, foliis menthæ fuscæ, sapore fervido piperis. *Raj. angl.* 3. p. 234. t. 10. f. 2.

LOC.

LOC. Anglia. *Perennis, cicur.*

PHARM. MENTHAE PIPERITAE Herba.

QUAL. præcedentis, sed acrior, cum sensu refrigerii. *Rarior, eximia.*

VIS: præcedentis, sed fortior.

VSVS: præcedentis, præstantior.

COMP.

411. MENTHA *Pulegium* floribus verticillatis, foliis ovatis obtusis subcrenatis, caulibus subteretibus repentibus, staminibus corolla longioribus *Hort. cliff. 306. Sp. pl. 807.*

Pulegium latifolium. Baub. pin. 222.

LOC. Germaniæ, Angliæ, Galliæ subhumida.

Perennis, mansueta.

PHARM. PVLEGGII Herba.

QUAL. *M. crispæ*, sed acrior. *Vsitata, præstans.*

VIS: *M. crispæ*, sed fortior, minusque adstringens, emmenagoga.

VSVS: Asthma, Tussis convulsiva, Raucedo!

COMP.

GLECOMA.

412. GLECOMA *hederacea* foliis reniformibus crenatis. *Fl. suec. 518. Sp. pl. 807. Fl. dan. t. 789.*

Hedera terrestris vulgaris. Baub. pin. 306.

LOC. Europæ sepes, dumeta. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. HEDERÆ TERRESTRIS Herba, *Conserua, Syrupus, ∇.*

QUAL. amaricans, subacris. *Trita, debilis.*

VIS: Tonica, vulneraria.

VSVS: Vlcus internum, Colica hypochondriaca, Tussis, Cephalalgia.

COMP.

LAMIVM.

413. LAMIVM *album* foliis cordatis acuminatis ferratis petiolatis, verticillis vigintifloris. *Fl. suec.* 520. *Sp. pl.* 809. *Fl. dan. t.* 594.

Lamium album non fœtens, folio oblongo. *Bauh. pin.* 231.

LOC. Europæ ruderata culta. *Annua, vulgaris.*

PHARM. LAMII ALBI Herba.

QVAL. subfatua, oleracea, tetra. *Exoleta, dubia.*

VIS:

VSVS: Leucorrhœa.

COMP.

BETONICA.

414. BETONICA *officinalis* spica interrupta, corollarum labii lacinia intermedia emarginata. *Fl. suec.* 515. *Hort. ups.* 164. *Sp. pl.* 810. *Fl. dan. t.* 726.

Betonica purpurea. *Bauh. pin.* 235.

LOC. Europa australior, Scania. *Perennis, cicur.*

PHARM. BETONICAE Herba, Flores, *Conserua, Syrupus, ∇.*

QVAL. sicca, nidorosa halituosa. *Rad. nauseosa.*

Trita, debilis.

VIS: nervina, tonica, errhina. *Rad. emetica.*

VSVS: Cephalalgia, Hysteria.

COMP.

STACHYS.

415. STACHYS *sylvatica* verticillis sexfloris, foliis cordatis petiolatis. *Hort. cliff.* 309. *Fl. suec.* 526. *Sp. pl.* 811.

Lamium maximum sylvaticum fœtidum. *Bauh. pin.* 231.

LOC. Europæ nemora. *Annua, vulgaris.*

PHARM. GALEOPSISIDIS Herba.

QVAL.

415. [*Stachys recta, Sideritis Officin.* in Germania passim in numerum medicamentorum recipitur. Vfus: in rhachitide externe.]

QUAL. tetra fœtida.

Exoleta.

VIS: anodyna, vulneraria.

VSVS: Pleuritis, Nephritica.

COMP.

MARRVBIVM.

416. MARRVBIVM *vulgare* dentibus calycinis fetaceis uncinatis. *Fl. suec.* 531. *Sp. pl.* 816.

Marrubium album vulgare. *Bauh. pin.* 230.

LOC. Europæ ruderata argillofa. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. MARRVBII ALBI Herba.

QUAL. graveolens, amariuscula, ingrata.

Exoleta, præstans.

VIS: pellens, emmenagoga, thoracica, anthelmintica.

VSVS: Asthma humorale, Ptyalismus mercurialis, Obstipatio visceris, Dysmenorrhœa, Hysteria.

COMP. Syr. Praefii; Pil. agarici; Andromach.

LEONVRVS.

417. LEONVRVS *Cardiaca* foliis caulinis lanceolatis trilobis. *Fl. suec.* 532. *Sp. pl.* 817. *Fl. dan. t.* 627.

Marrubium Cardiaca dictum. *Bauh. pin.* 230.

LOC. Europæ ruderata, pagi. *Biennis, frequens.*

PHARM. CARDIACAE Herba, ▽.

QUAL. sicca.

Exoleta, infida.

VIS: roborans.

VSVS: Hysteria! Hypochondriasis?

COMP.

ORIGANVM.

418. ORIGANVM *Dictamnus* foliis inferioribus tomentosis, spicis nutantibus. *Hort. cliff.* 314. *Sp. pl.* 823.

Dictamnus creticus. *Bauh. pin.* 222.

LOC. Mons Ida Cretæ.

Suffrutex, ferus.

PHARM.

PHARM. DICTAMNI CRETICI Folia.

QUAL. spirans, calida. *Trita, eximia.*

VIS: resolvens, pellens, nervina, uterina, emmenagoga.

VSVS: Dyftocia.

COMP. Andromach; Mithridat; Orvietan; Diascord.

419. ORIGANVM *creticum* spicis aggregatis longis prismaticis rectis, bracteis membranaceis calyce duplo longioribus. *Sp. pl.* 823.Organum creticum. *Baub. pin.* 223.

LOC. Creta.

*Herba, peregrina.*PHARM. ORIGANI CRETICI Herba (*rectius* Spica), $\circ\circ$.

QUAL. spirans, calida.

Trita, eximia.

VIS: stimulans.

VSVS: Odontalgia.

COMP. Andromach.

420. ORIGANVM *vulgare* spicis subrotundis paniculatis conglomeratis, bracteis calyce longioribus ovatis. *Fl. suec.* 534. *Sp. pl.* 824. *Fl. dan. t.* 638.Organum sylvestre. *Baub. pin.* 223.

LOC. Europæ montes, præsertim Vplandiæ.

Perennis, frequens.

PHARM. ORIGANI VVLGARIS Herba.

QUAL. amaricans, subacris, tinctoria, spirans. *Rarior.*

VIS: corroborans, abstergens, resolvens, excitans.

VSVS: Tussis, Asthma, Phthifis, Chlorosis, Oedema!

COMP. Syr. artemisicæ compositus; Balnea uterina.

*Theæ succedanea.*421. ORIGANVM *Majorana* foliis ovatis obtusis, spicis subrotundis compactis pubescentibus. *Hort. cliff.* 304. *ups.* 161. *Sp. pl.* 825.Majorana vulgaris. *Baub. pin.* 224.

LOC.

Annua, submansueta.

PHARM.

PHARM. MAIORANÆ Herba, *Conserua*, ▽, ∞∞.
 QVAL. amaricans, spirans. *Culinaris, præstans.*

VIS: tonica, resolvens, nervina, cephalica, ptarmica, stomachica.

VSVS: Coryza, Anosmia.

COMP. *Bals. majoranæ; Bals. apoplecticus; ‡ stertutatorius.*

THYMVS.

422. THYMVS *Serpyllum* floribus capitatis, caulibus repentibus, foliis planis obtusis basi ciliatis. *Fl. suec. 535. Sp. pl. 825.*

Serpyllum vulgare minus. *Bauh. pin. 220.*

LOC. Europæ nostræ colles nudi. *Suffrutex, vulgaris.*

PHARM. SERPYLLI Herba, ▽, ∞∞, (florum)
Conserua.

QVAL. styptica, spirans.

Exoleta.

VIS: resolvens, excitans, tonica.

VSVS: Cephalalgia crapulæ.

COMP. Balnea uterina.

423. THYMVS *vulgaris* erectus, foliis revolutis ovatis, floribus verticillato-spicatis. *Hort. cliff. 302. upf. 160. Sp. pl. 825.*

Thymus vulgaris, folio tenuiore. *Bauh. pin. 219.*

LOC. Galliæ narbonensis exarida. *Suffrutex, cicur.*

PHARM. THYMI VVLGARIS Herba, ▽.

QVAL. aromatica, spirans. *Vsitata, præstans.*

VIS: resolvens, excitans, pellens, nervina, corroborans, tonica, stomachica, emmenagoga.

VSVS: Senectus, Leucophlegmatia, Coryza, Epiphora.

COMP.

MELISSA.

424. MELISSA *officinalis* racemis axillaribus verticillatis, pedicellis simplicibus. *Sp. pl. 827.*

Melissa

Melissa hortensis. *Bauh. pin. 229.*

LOC. montes Italiæ Allobrogicæ. *Perennis, cicur.*

PHARM. MELISSAE CITRATAE Herba, *Syrupus, Essentia*, ∇, √, ∞.

QUAL. spirans: odore cort. citri. *Trita, eximia.*

VIS: resolvens, excitans, pellens, cordialis, tonica, emmenagoga, diuretica.

VSVS: Melancholia, Hypochondriasis, Hysteria, Palpitatio.

COMP. *Spir. embryon. Acet. prophylact.*

425. MELISSA *Calamintha* pedunculis axillaribus dichotomis longitudine foliorum. *Sp. pl. 827.*

Calamintha vulgaris vel officinarum germanicæ.

Bauh. pin. 228.

LOC. montes Italiæ, Hispaniæ, Galliæ.

Perennis, mansueta.

PHARM. CALAMINTHAE MONTANAE Herba.

QUAL. odor præcedentis, debilior. *Exoleta, præstans.*

VIS: resolvens, pellens, expectorans, stomachica.

VSVS: Asthma.

COMP.

DRACOCEPHALVM.

426. DRACOCEPHALVM *canariense* floribus spicatis, foliis compositis. *Hort. cliff 308. Sp. pl. 829.*

Cedronella canariensis viscosa, floribus plerumque ex eodem pedunculo ternis. Comm. hort. 2.

p. 81. t. 41.

LOC. Insulæ Canariæ.

Perennis, mansueta.

PHARM. MELISSAE CANARIAE Herba.

QUAL. spirans, aromatica.

Inusitata, heroica.

VIS:

425. CALAMINTHAE MONTANAE loco in nostris officinis male CLINOPODIVM vulgare substituitur.

426. DRACOCEPHALVM sequens 427. vulgo in Pharmacopoliis servatur, sed vix unquam præscribitur, in cuius locum ego potius hanc 426. substituerem, quæ fragrantissima vi, si Marum excipias, vix parem habet.

vis: nervina, resolvens.
 vsvs: Cachexia, Cephalalgia.
 COMP.

427. DRACOCEPHALVM *Moldavica* floribus verticillatis, bracteis lanceolatis: ferraturis capilla-
 ceis. *Hort. upf.* 166. *Sp. pl.* 830.

Melissa peregrina, folio oblongo. *Baub. pin.* 229.
 LOC. Moldavia, Ruthenia. *Annua, cicur.*

PHARM. MELISSAE TVRCICAE Herba, Semina.
 QVAL. spirans. *Exoleta, debilis, superflua.*

vis: nervina, resolvens.

vsvs:

COMP.

OCIMVM.

428. OCIMVM *Basilicum* foliis ovatis glabris, calyci-
 bus ciliatis. *Hort. cliff.* 315. *upf.* 168. *Sp. pl.* 833.

Ocimum caryophyllum majus. *Baub. pin.* 226.
 LOC. Zeylona, India. *Annua, cicur.*

PHARM. BASILICI Herba, ▽, Semina.
 QVAL. spirans. *Sem. mucilaginoso. Culinaris, praestans.*

vis: nervina, cordialis, pellens.

vsvs: Vomitus, Destillationes.

COMP. *Vng. martiatum.*

PRVNELLA.

429. PRVNELLA *vulgaris* foliis omnibus ovato-ob-
 longis ferratis petiolatis. *Fl. suec.* 540. *Sp. pl.* 837.

Prunella major, folio non dissecto. *Baub. pin.* 460.
 LOC. Europæ prata, pascua. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. PRVNELLAE Herba, ▽.
 QVAL. subodorata. *Exoleta, superflua.*

vis: subadstringens.

vsvs: Angina.

COMP. Gargarismata.

ANGIOSPERMIA.

EVPHRASIA.

430. EVPHRASIA *officinalis* foliis ovatis lineatis argute dentatis. *Fl. suec.* 443. *Sp. pl.* 841.

Euphrasia officinarum. *Baub. pin.* 233.

LOC. Europæ pascua sterilia. *Annua, vulgatissima.*

PHARM. EVPHRASIAE Herba, *Conserva*, ∇, ∟.

QUAL. pinguis, subamara. *Exoleta, infida.*

VIS: [subadstringens.]

VSVS: Ophthalmia?

COMP.

PEDICULARIS.

431. PEDICULARIS *palustris* caule ramofo, calycibus cristatis callofo-punctatis, corollis labio obliquis. *Fl. suec.* 551. *Sp. pl.* 845. *Fl. dan. t.* 225.

Pedicularis pratensis rubra elatior. *Raj. hist.* 700.

LOC. Europæ pascua paludosa. *Annua, vulgaris.*

PHARM. PEDICULARIS AQUALITICAE Herba recens.

QUAL. ingrata.

Inusitata.

VIS: vulneraria?

VSVS: Fistula, Ulcus callosum.

COMP.

ANTIRRHINVM.

432. ANTIRRHINVM *Linaria* foliis lanceolato-linearibus confertis, caule erecto, spicis terminalibus sessilibus, floribus imbricatis. *Fl. suec.* 557. *Sp. pl.* 858.

Linaria vulgaris lutea, flore majore. *Baub. pin.* 212.

LOC. Europæ muri, fabulosa. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. LINARIAE Herba, *Vnguentum.*

QUAL. hircofo-urinosa, amariuscule. *Exoleta, eximia.*

VIS: anodyna, pellens, repellens, eccoprotica, diuretica, purificans.

VSVS:

vsvs: Ophthalmia, Icterus, Varix ani, Hydrops.
COMP.

433. ANTIRRHINVM *majus* corollis ecaudatis, floribus spicatis, calycibus rotundatis. *Hort. upf.* 175. *Sp. pl.* 859.

Antirrhinum arvense majus. *Baub. pin.* 212.

LOC. Galliæ, Italiæ agri. *Annua, cicur.*

PHARM. ANTIRRHINI Herba.

QVAL. fatua. *Exoleta, infida, superflua.*

VIS: dubia.

vsvs: Magia.

COMP.

SCROPHVLARIA.

434. SCROPHVLARIA *nodosa* foliis cordatis trineruatis, caule obtusangulo. *Fl. suec.* 560. *Sp. pl.* 862.

Scrophularia nodosa fœtida. *Baub. pin.* 235.

LOC. Europæ sepes. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. SCROPHVLARIAE FOETIDAE Radix.

QVAL. tetra, fœtida, amara. *Rarior, præstans.*

VIS: anodyna, repellens, sudorifera, carminativa, anthelminthica!

vsvs: Scrophula, Varix ani, Vulnus, Scabies, Angina.

COMP. *Amuletum.*

435. SCROPHVLARIA *aquatica* foliis cordatis obtusis petiolatis decurrentibus, caule membranis angulato, racemis terminalibus. *Hort. upf.* 177. *Sp. pl.* 864. *Fl. dan. t.* 507.

Scrophularia aquatica major. *Baub. pin.* 235.

LOC. Europa australior. *Perennis, cicur.*

M 2

PHARM.

433. [Pro ANTIRRHINI Herba *Fl. suec.* 559. et *Pharm. dan.* 36. *Antirrhinum Orontium* colligere jubent.]

435. SCROPHVLARIA *aquatica* nondum recepta est in nostris officinis, facile tamen obtinetur, vel ejus loco folia præcedentis fumantur.

PHARM. SCROPHVLARIAE AQVATICAÆ Folia.

QVAL. minus foetida.

Exoleta.

VIS: fudorifera, carminativa.

VSVS: Tormina.

COMP. Sennam corrigens.

LINNAEA.

436. LINNAEA *borealis*. *Fl. lapp.* 250. *t.* 12. *f.* 4. *Fl. suec.* 562. *t.* 1. *Sp. pl.* 880. *Fl. dan.* *t.* 3.

Campanula serpyllifolia. *Baub. prodr.* 35. *pin.* 93.

LOC. Sueciæ, præfertim Norlandiæ, fylvæ antiquæ. *Perennis, indomita.*

PHARM. LINNAEAE Herba.

QVAL. ficca, [amaricans.]

Ravior, præstans.

VIS: diluens, diuretica, [subadstringens.]

VSVS: Rheumatifinus! Scabies!

COMP.

SESAMVM.

437. SESAMVM *orientale* foliis ovato-oblongis integris. *Hort. cliff.* 318. *Sp. pl.* 883.

Sesamum veterum. *Baub. pin.* 27.

LOC. Malabarica, Aegyptus. *Annua, mansueta.*

PHARM. SESAMI Semina.

QVAL. oleosa.

Exoleta.

VIS: emolliens, obtundens.

VSVS: Marasmus, Dolorosi, Phlogosis, Pruritus.

COMP.

VITEX.

438. VITEX *Agnus castus* foliis digitatis ferratis, spicis verticillatis. *Sp. pl.* 890.

Vitex latiore folio. *Baub. pin.* 475.

LOC. Neapolis, Siciliæ paludosa. *Arbor, mansueta.*

PHARM. AGNI CASTI Semina.

QVAL.

436. LINNAEA nondum intravit nostras officinas, quamvis frequentissima in nostra terra et usu eximia ipsius vulgi experientia confirmata.

QUAL. acris, calida, nidorosa, *Exoleta*, *superflua*.
 VIS: subadstringens, antivenerea?
 VSVS: Hysteria, Gonorrhœa.
 COMP.

AVICENNIA.

439. AVICENNIA *tomentosa* foliis cordato - ovatis
 subtus tomentosus. *Gen. pl.* 579. *Iacq. hist.* 178.
t. 112.

Anacardium. *Baub. pin.* 511.

Oepata. *Rheed. mal.* 4. p. 95. *t.* 45.

LOC. Malabarica.

Arbor, *peregrina*.

PHARM. ANACARDII ORIENTALIS (Fructus).

QUAL. *nuclei dulcis amygdali, putaminis acerrima.*

Exoleta.

VIS: *nuclei nutriens, putaminis caustica.*

VSVS: Morosis, Oblivio.

COMP.

ACANTHVS.

440. ACANTHVS *mollis* foliis sinuatis inermibus.

Hort. cliff. 326. *upf.* 181. *Sp. pl.* 891.

Acanthus fativus seu mollis virgilii. *Baub. pin.* 383.

LOC. Italia, Sicilia.

Perennis, *mansueta*.

PHARM. BRANCAE VRSI Herba.

QUAL. *fatua, glutinosa.*

Rarior, *dubia*.

VIS: *emolliens, demulcens? paregorica?*

VSVS: Combustura.

COMP. Clysteres. *Herbæ V emollientes.*

439. *Fructus ANACARDII ORIENTALIS* *Dillenius* credit a specie *Avicennia* desumi; sed *D. Iacquin* hoc negat.

440. BRANCA VRSI in nostris officinis male desumitur ab HERACLEO *Sphonalyio*, quod vi diversissima gaudet.



CLASSIS XV.

TETRADYNAMIA.

SILICVLOSA.

LEPIDIVM.

441. LEPIDIVM *fativum* floribus tetradynamis, foliis oblongis multifidis. *Hort. cliff.* 331. *ups.* 183. *Sp. pl.* 899.

Nasturtium hortense vulgatum. *Baub. pin.* 103.

LOC.

Annua, cicur.

PHARM. NASTVRTII HORTENSIS Herba, Semina.

QUAL. acris, orgastica.

Rarior, præstans.

VIS: diuretica, mundificans, antiscorbutica.

VSVS: Scorbutus, Hydrops! Asthma, Hernia?
Achor, Calculus.

COMP.

442. LEPIDIVM *Iberis* floribus diandris tetrapetalis, foliis inferioribus lanceolatis ferratis, superioribus integerrimis. *Sp. pl.* 900.

Iberis latiore folio. *Baub. pin.* 97.

LOC. Europa australis.

Annua, cicur.

PHARM. IBERIDIS Herba.

QUAL. acris, orgastica.

VIS: incidens, diuretica, mundificans.

VSVS: Febres intermittentes.

COMP.

THLASPI.

443. THLASPI *arvense* filiculis orbiculatis, foliis oblongis dentatis glabris. *Fl. suec.* 574. *Sp. pl.* 901. *Fl. dan. t.* 793.

Thlaspi arvense, filiquis latis. *Baub. pin.* 105.

LOC.

LOC. Europæ agri. *Annua, vulgatissima.*

PHARM. THLASPEOS Semina.

QVAL. dulcis, orgastica alliata. *Exoleta.*

VIS: pellens, uterina.

VSVS: Rheumatifimus.

COMP. Andromach.

444. THLASPI *Bursa pastoris* filiculis obcordatis, foliis radicalibus pinnatifidis. *Fl. suec.* 576. *Sp. pl.* 903. *Fl. dan.* t. 729.

Bursa pastoris major, folio sinuato. *Bauh. pin.* 108.

LOC. Europæ culta. *Annua, vulgaris.*

PHARM. BVRSAE PASTORIS Herba, ▽.

QVAL. aquosa. *Exoleta, infida.*

VIS: subadstringens?

VSVS: Hæmorrhagia?

COMP.

COCHLEARIA.

445. COCHLEARIA *officinalis* foliis radicalibus cordato - subrotundis, caulinis oblongis. *Fl. suec.* 577. *Sp. pl.* 903. *Fl. dan.* t. 135.

Cochlearia folio subrotundo. *Bauh. pin.* 110.

LOC. Europæ littora maritima. *Annua, cicur.*

PHARM. COCHLEARIAE Herba, *Conserua*, *Syrupus*, ▽, ∟, ○, Semina.

QVAL. acris, amara, purgans. *Trita, eximia.*

VIS: diuretica! mundificans, antiscorbutica.

VSVS: Scorbutus! Stomacace, Cachexia, Hydrops, Hypochondriasis.

COMP. *Spir.* cochleariæ purgans.

446. COCHLEARIA *Armoracia* foliis radicalibus lanceolatis crenatis, caulinis incis. *Fl. suec.* 580. *Sp. pl.* 904.

Raphanus rusticanus. *Bauh. pin.* 96.

LOC. Europæ australioris paludes. *Perennis, cicur.*

184 TETRADYNAMIA. SILICVLOSA.

PHARM. ARMORACIAE Radix, *Syrupus, frigide.*

QUAL. acris. *Culinaris, trita, eximia.*

VIS: incidens, stimulans, diuretica! cosmetica,
mundificans, antiscorbutica.

VSVS: Scorbutus, Anorexia, Cachexia, Hydrops!
Calculus, Quartana, Cephalalgia, Arthritis.

COMP.

CARDAMINE.

447. CARDAMINE *pratensis* foliis pinnatis: foliolis
radicalibus subrotundis, caulinis lanceolatis.

Fl. suec. 585. Sp. pl. 915.

Nasturtium pratense magno flore. *Bauh. pin. 104.*

LOC. Europæ pascua aquosa. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. CARDAMINES Herba, Flores.

QUAL. acriuscula.

VIS: antiscorbutica. *Fl. antispasmodica.*

VSVS: Ecclampsia.

COMP.

SILIQVOSA.

SISYMBRIVM.

448. SISYMBRIVM *Nasturtium* filiquis declinatis,
foliis pinnatis: foliolis subcordatis. *Fl. suec. 592.*

Sp. pl. 916. Fl. dan. t. 690.

Nasturtium aquaticum supinum. *Bauh. pin. 194.*

LOC. Europæ rivuli fontesque. *Perennis, infrequens.*

PHARM. NASTVRTII AQVATICI Herba, *Suc-*
cus ꝛv, Conserva, Syrupus, ∇, ∟, √.

QUAL. minus quam Cochlearia acris, orgastica.

Trita, eximia.

VIS: diuretica, antiscorbutica.

VSVS: Scorbutus! Obstipatio, Polypus?

COMP.

449. SI-

448. [*Cardamine amara* Sisymbrio Nasturtio præstantior, ei com-
mode substitui potest, non vero inertior *Cardamine pratensis.*]

449. SISYMBRIVM *Sophia* petalis calyce minoribus, foliis decomposito - pinnatis. *Fl. suec.* 595. *Sp. pl.* 920. *Fl. dan. t.* 528.

Nasturtium fylvestre tenuissime divisum. *Bauh. pin.* 105.

LOC. Europæ maceriæ tectaue. *Annua, vulgaris.*

PHARM. SOPHIAE Semina.

QVAL. acris, fervida. *Exoleta.*

VIS: adstringens, anthelminthica.

VSVS: Diarrhœa, Hysteria, Calculus.

COMP.

ERYSIMVM.

450. ERYSIMVM *officinale* filiquis spicæ appressis, foliis runcinatis. *Fl. suec.* 598. *Sp. pl.* 922. *Fl. dan. t.* 560.

Erysimum vulgare. *Bauh. pin.* 100.

LOC. Europæ ruderata, pagi. *Annua, vulgaris.*

PHARM. ERYSIMI Herba.

QVAL. acris. *Trita.*

VIS: abstergens, diuretica.

VSVS: Asthma, Raucedo, Tussis, Ischuria.

COMP. *Syrupus eryfimi.*

451. ERYSIMVM *Alliaria* foliis cordatis. *Fl. suec.* 600. *Sp. pl.* 922.

Alliaria. *Bauh. pin.* 110.

LOC. Europæ umbrosa. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. ALLIARIAE Herba.

QVAL. amara, orgastica alliata. *Exoleta, præstans.*

VIS: diuretica, sternutatoria.

VSVS: Asthma, Vlcus sphacelescens.

COMP.

CHEIRANTHVS.

452. CHEIRANTHVS *Cheiri* foliis lanceolatis acutis glabris, ramis angulatis, caule fruticoso.
Hort. cliff. 334. *ups.* 187. *Sp. pl.* 924.
Leucojum luteum vulgare. *Baub. pin.* 202.
 LOC. Helvetia, Gallia. *Perennis biennisque, mansueta.*
 PHARM. CHEIRI Flores.
 QVAL. fragrans, lutea. *Trita.*
 VIS: nervina, anodyna, narcotica, pellens, uterina.
 vsvs: Dolor, Apoplexia, Dyftocia.
 COMP.

BRASSICA.

453. BRASSICA *Napus* radice caulescente fusiformi.
Fl. suec. 609. *Sp. pl.* 931.
Napus fativa. *Baub. pin.* 95.
 LOC. Europa australior, Gothlandia. *Biennis, cicur.*
 PHARM. NAPI Semina, (O).
 QVAL. *Exoleta.*
 VIS:
 vsvs:
 COMP.

454. BRASSICA *Rapa* radice caulescente orbiculari depresso carnosa. *Hort. cliff.* 339. *ups.* 190. *Sp. pl.* 931.
Rapa fativa rotunda. *Baub. pin.* 89.
 LOC. *Biennis, cicur.*
 PHARM. RAPAE *Syrupus, frigide.*
 QVAL. aquosa, esculenta. *Culinaris, eximia.*
 VIS: diluens, flatulenta, diuretica, aphrodisiaca.
 vsvs: Aphtha, Pernio, Asthma, Tuffis, Otagia, Stranguria, Calculus, Colica.
 COMP.

455. BRAS-

455. BRASSICA *oleracea* radice caulescente tereti
 carnosa. *Hort. cliff.* 338. *upf.* 189. *Sp. pl.* 932.
 Brassica capitata rubra. *Baub. pin.* III.
 LOC. *Biennis, cicur.*
 PHARM. BRASSICAE RVBRAE Semina.
 QVAL. aquosa, inodora. *Exoleta, superflua.*
 VIS: flatulenta, alcalescens.
 VSVS: Scorbutus, Raucedo! Cephalalgia *crapulae*,
 Combustura!
 COMP.

456. BRASSICA *Eruca* foliis lyratis, caule hirsuto,
 filiquis glabris. *Hort. upf.* 190. *Sp. pl.* 932.
 Eruca latifolia alba. *Baub. pin.* 98.
 LOC. Helvetia. *Annua, cicur.*
 PHARM. ERUCAE Semina.
 QVAL. acris, fervida, penetrans, orgastica. *Exoleta.*
 VIS: apophlegmatizans, aphrodisiaca.
 VSVS: Apoplexia, Paralyfis linguae, Atecnia.
 COMP. *Conf. diafatyr; Tabulae magnanimitatis.*

SINAPIS.

457. SINAPIS *nigra* filiquis glabris racemo appressis.
Fl. suec. 611. *Sp. pl.* 933.
 Sinapi rapi folio. *Baub. pin.* 99.
 LOC. Europa. *Annua, cicur.*
 PHARM. SINAPEOS Semina, (O).
 QVAL. acris, orgastica. *Culinaris, trita, praestans.*
 VIS: incidens, rubefaciens, stimulans, diuretica,
 aphrodisiaca, antiscorbutica.
 VSVS: Nausea, Cachexia, Lethargus, Tuffis, Cal-
 culus, Tinea, Scorbutus.
 COMP.

RA-

457. [SINAPIOS femina e *Sin. alba* æque commode colligi
 possunt.]

RAPHANVS.

458. RAPHANVS *fativus* filiquis teretibus toro-
fis bilocularibus. *Hort. cliff.* 340. *ups.* 188. *Sp.*
pl. 935.

Raphanus major orbicularis vel rotundus. *Bauh.*
pin. 96.

LOC.

Annua, cicur.

PHARM. RAPHANI Radix (*recens*), Semina.

QVAL. aquoso - acris, orgastica. *Culinaris, exoleta.*

VIS: diluens, attenuans, mundificans, diuretica,
carminativa, ructatrix.

VSVS: Asthma convulsivum, Raucedo, Ischuria.

COMP.



CLASSIS XVI.

MONADELPHIA.

DECANDRIA.

GERANIVM.

459. GERANIVM *moschatum* pedunculis multifloris, floribus pentandris, foliis pinnatis incisis, cotyledonibus pinnatifidis. *Sp. pl.* 951. *Iacq. hort. t.* 55.

Geranium, cicutæ folio, moschatum. *Bauh. pin.* 319.

LOC. Europa australior. *Annua, cicur.*

PHARM. GERANII MOSCHATI Herba.

QUAL. ambrosiaca. *Exoleta.*

VIS: anodyna, vulneraria, exanthemathica.

VSVS: Dyfenteria, Variola, Carcinoma, Tormina.

COMP.

460. GERANIVM *robertianum* pedunculis bifloris, calycibus pilosis decemangularis. *Fl. suec.* 619.

Sp. pl. 955. *Fl dan. t.* 694.

Geranium robertianum. *Bauh. pin.* 319.

LOC. Europæ rupes. *Annua, vulgaris.*

PHARM. GERANII ROBERTIANI Herba.

QUAL. falsa, hircina. *Exoleta.*

VIS: anodyna, pellens, repellens, lactifuga, adstringens, vulneraria.

VSVS: Colica, Nephritica, Hysteria, Profluvia, Bubo, Carcinoma, Vulnera, Hæmaturia, Vlcus vulvæ mammæque, Rhagas.

COMP.

POLYANDRIA.

ALTHAEA.

461. ALTHAEA *officinalis* foliis simplicibus tomentosis. *Hort. cliff.* 348. *ups.* 204. *Sp. pl.* 966. *Fl. dan. t.* 530.

Althæa diofcoridis et plinii. Bauh. pin. 315.

LOC. Germaniæ, Belgii, Galliæ, Angliæ humida.

Perennis, cicur.

PHARM. ALTHAEAE Radix, præparata, Mucilago, Herba, Semina.

QUAL. infipida, mucilaginofa. *Trita, eximia.*

VIS: emolliens, invifcans, nutriens, lubricans.

VSVS: Dolor, Pleuritis, Nephritis, Ifchuria, Calculus, Tuffis, Raucedo, Tenefmus.

COMP. *Vngu.* althææ; *Syr.* althææ; *Empl.* diachylon fimplex; *Empl.* diachylon compof; *Empl.* meliloti; *Loboc* Althææ; *Pafta* Althææ; *Cataplafmata emollientia et maturantia.*

ALCEA.

462. ALCEA *rofea* foliis finuato - angulofis. *Hort. cliff.* 348. *ups.* 204. *Sp. pl.* 966.

Malva rofea folio fubrotundo. Bauh. pin. 315.

LOC.

Biennis, cicur.

PHARM. MALVAE ARBOREAE Flores, Semina.

QUAL. fatua, mucilaginofa.

Trita, fuperflua.

VIS: emolliens, invifcans.

VSVS: Angina, Inflammatio faucium.

COMP.

MALVA.

463. MALVA *rotundifolia* caule profrato, foliis cordato - orbiculatis obfolete quinquelobatis, pedunculis fructiferis declinatis. *Fl. fvec.* 626. *Sp. pl.* 969. *Fl. dan. t.* 721.

Malva

Malva sylvestris, folio subrotundo. *Baub. pin.* 314.
 LOC. Europæ ruderata, plateæ. *Annua, vulgaris.*
 PHARM. MALVAE VVLGARIS Radix, Herba, ▽,
 Semina.

QVAL. fatua, mucilaginosâ. *Trita, præstans.*
 VIS: emolliens, inviscans, lubricans, laxans.
 VSVS: Phlogistici, Dolores, Stranguria!
 COMP. Syr. Hyssopi, Syr. Althææ; Clysteres.

GOSSYPIVM.

464. GOSSYPIVM *herbaceum* foliis quinquefidis sub-
 tus eglandulosis, caule herbaceo. *Sp. pl.* 975.
Gossypium frutescens, femine albo. *Baub. pin.* 430.
 LOC. India. *Biennis, mansueta.*
 PHARM. GOSSYPII Semina,
 BOMBACIS Lana.

QVAL. subdulcis.
 VIS: œconomica.
 VSVS: *Sem.* Nephritis.
 COMP. *Bomb.* medicamentis oticis applic.

HIBISCVS.

465. HIBISCVS. *Abelmoschus* foliis subpeltato - cor-
 datis septemangularibus ferratis, caule hispido.
Fl. zeyl. 261. *Hort. upf.* 206. *Sp. pl.* 980.
Alcea ægyptiaca villosa. *Baub. pin.* 317.
 LOC. Asia et America calidior.
 PHARM. ABELMOSCHI Semina.
 QVAL. ambrosiaca. *Exoleta, eximia.*

VIS: exanthematica.
 VSVS: Contagium, Tinea, Petechia.
 COMP.



CLASSIS XVII.

DIADELPHIA.

HEXANDRIA.

FVMARIA.

466. FVMARIA *bulbosa* caule simplici, bracteis longitudine florum. *Fl. suec.* 631. *Sp. pl.* 983. *Fl. dan. t.* 605.

Fumaria bulbosa, radice cava, major. *Baub. pin.* 143.

LOC. Europa australior, Scania. *Perennis, cicur.*

PHARM. ARISTOLOCHIAE FABACEAE Radix.

QUAL. amara, acris, sequente debilior. *Exoleta, dubia.*

VIS: pellens, emmenagoga.

VSVS: Sarcoma.

COMP.

467. FVMARIA *officinalis* pericarpis monospermis racemosis, caule diffuso. *Fl. suec.* 630. *Sp. pl.* 984.

Fumaria officinarum et dioscoridis. *Baub. pin.* 143.

LOC. Europæ agri, culta. *Annua, vulgaris.*

PHARM. FVMARIAE Herba, *Conserva, Syrupus, Essentia, Extractum, ∇, Semina.*

QUAL. inodora, amarissima.

VIS: balsamica, tonica, antacida, corroborans, pellens, visceralis, eccoprotica.

VSVS: Scorbutus, Cachexia, Hypochondriasis! Melancholia, Arthritis, Podagra, Scabies!

COMP. *Conf. hamech.*

OCTANDRIA.

POLYGALA.

468. POLYGALA *Senega* floribus imberbibus spicatis, caule erecto herbaceo simplicissimo, foliis lato-

lato - lanceolatis. *Amœn. acad.* 2. p. 126. t. 2.
Sp. pl. 990. *Mill. dict. tab.* .

Polygala marilandica, caule non ramofo, fpica in
 fastigio fingulari gracili e flosculis albis compo-
 fita. *Raj. app.* 670.

LOC. Virginia, Penfylvania, Marylandia.

Perennis, peregrina.

PHARM. SENEGAE Radix.

QUAL. acido-acris, fubaromatica. *Inufitata, heroica.*

VIS: refolvens, fialagoga, fubemetica, purgans,
 diaphoretica, diuretica, incidens, expectorans,
 vuincraria.

VSVS: Morfura! Peripneumonia! Pleuritis! Hy-
 drops! Arthritis, Marafmus.

COMP.

DECANDRIA.

PTEROCARPVS.

469. PTEROCARPVS *Draco* foliis pinnatis. *Syft.*
nat. 13. p. 533. *Sp. pl.* 1662. *Iacqu. hift.* 283. t.
 183. f. 92. *Lœfl. it.* 266. 273. n. 147. 168.

β. *Lingoum.* *Rumph. amb.* 2. p. 205. t. 70.

LOC. α. America meridionalis.

β. India orientalis, Iava. *Arbor, peregrina.*

PHARM. DRACONIS SANGVIS.

QUAL. refinofa, friabilis, ftyptica, inodora, ru-
 bra. *Trita, eximia.*

VIS. incraffans, adftringens! *ultra loicca* —

VSVS: Profluvia, Diarrhœa, Dyfenteria, Stomacace.

COMP. *Empl. ftypticum, Pil. Helvetii.*

GE-

468. SENEGAE radix fpecificum in Phlogofi membranacea, hinc
 officinis noftris digniffima.

[SENEGA NOSTRAS *Ph. aufr. prov.* 55. eft *Polygala*
amara, cujus herba paffim in pharmacopoliis proftat et in
 morbis peftoris cum fruûu adhibetur.]

469. SANGVIS DRACONIS a variis arboribus præparari fertur;
ex hac, Calamo et Dracana.

GENISTA.

470. GENISTA *canariensis* foliis ternatis utrinque pubescentibus, ramis angulatis. *Hort. cliff.* 355. *Sp. pl.* 997.?

Cytifus canariensis sempervirens et incanus. *Comm. hort.* 2. p. 103. t. 52.?

LOC. Antillæ, et Canariæ Insulæ. *Arbor.*

PHARM. RHODII Lignum, $\circ\circ$.

QUAL. dura, subflavescens, tortuosa, resinosa, fragrans, rosea. *Rarior, præstans.*

VIS: diuretica, sudorifera.

VSVS:

COMP. Odoramenta, $\frac{1}{2}$ sternutatorius, *Bals. apopl.*

471. GENISTA *tinctoria* foliis lanceolatis glabris, ramis striatis teretibus erectis. *Fl. suec.* 634. *Sp. pl.* 998.

Genista tinctoria germanica. *Baub. pin.* 395.

LOC. Europa australior, Westrogothia.

Frutex, mansuetus.

PHARM. GENISTAE Herba, \ominus ; Flores, Semina.

QUAL. luteo - tinctoria, insipida, inodora.

Rarior, præstans.

VIS: pellens, purgans.

VSVS: Hydrops.

COMP.

ONONIS.

472. ONONIS *spinosa* floribus racemosis geminatis, foliis ternatis: superioribus solitariis, ramis spinosis. *Fl. suec.* 637. *Sp. pl.* 1006. n. 2. β . *Fl. dan. tab.* 783.

Ononis spinosa, flore purpureo. *Baub. pin.* 389.

LOC.

470. RHODII Lignum unde desumatur non certo liquet. Plurimi ex prædictæ Genistæ radice desumi autumant, quod ex analogia non facile crederem.

471. [GENISTAE Herba, *Fl. Sem. Sal* frequentius a *Spartio scopario* petuntur.]

LOC. Europæ australioris Scaniæque campi.

Perennis, cicur.

PHARM. ONONIDIS Radix, Herba, ▽.

QVAL. ingrata.

VIS: diuretica! emmenagoga.

VSVS: Hydrocele, Ischuria, Calculus, Icterus, Stomacace, Febris hungarica.

COMP. *Radices* V. aperientes minores.

LVPINVS.

473. LVPINVS *albus* calycibus alternis inappendiculatis: labio superiore integro, inferiore tridentato. *Hort. upf.* 209 *Sp. pl.* 1015.

Lupinus sativus flore albo. *Bauh. pin.* 347.

LOC.

Annua, cicur.

PHARM. LVPINI Semina.

QVAL. sicca, amaricans, ingrata. *Exoleta, dubia.*

VIS: flatulenta, anthelminthica.

VSVS: Parotis, Scabies.

COMP. *Farinæ* IV resolventes. *Troch. myrrhæ.*

PHASEOLVS.

474. PHASEOLVS *vulgaris* caule volubili, floribus racemosis geminis, bracteis calyce minoribus, leguminibus pendulis. *Roy. lugdb.* 367. *Hort. upf.* 213. *Sp. pl.* 1016.

Smilax hortensis f. Phaseolus major. *Bauh. pin.* 339

LOC. India orientalis.

Annua, cicur.

PHARM. PHASEOLI Semina.

QVAL. sicca, farinacea. *Culinaris, exoleta, superflua.*

VIS: nutriens, flatulenta, cosmetica.

VSVS: Nephritis.

COMP.

DOLICHOS.

475. DOLICHOS *Soja* caule erecto flexuoso, racemis axillaribus erectis, leguminibus pendulis hispidis subdispermis. *Fl. zeyl.* 534. *Sp. pl.* 1023.
Phaseolus erectus, siliquis lupini, fructu pisi majoris candido. *Kæmpf. amœn.* 837. t. 838.
LOC. India orientalis. *Peregrina.*
PHARM. SOJA.
QUAL. subdulcis, ficca, farinacea.
VIS: culinaris.
VSVS: Anorexia.
COMP. Intinctus cibi.

PISVM.

476. PISVM *fativum* petiolis teretibus, stipulis inferne rotundatis crenatis, pedunculis multifloris. *Sp. pl.* 1026.
Pisum arvense. *Baub. pin.* 342.
LOC. Europæ agri. *Annua, cicur.*
PHARM. PISI Semina.
QUAL. dulcis, ficca, farinosa. *Culinaris, exoleta.*
VIS: nutriens, flatulenta.
VSVS:
COMP.

VICIA.

477. VICIA *Faba* caule erecto, petiolis absque cirrhis. *Hort. cliff.* 369. *ups.* 218. *Sp. pl.* 1039.
Faba. *Baub. pin.* 338.
LOC. non procul a Mari Caspio in confiniis Persiæ. *Annua, cicur.*
PHARM. FABAE Flores, ▽; Semina, *Farina, Cineres*, ⊖.
QUAL. ficca, farinosa. *Fl. fragrans.*
Culinaris, usitatissima.
VIS: nutriens, flatulenta, cosmetica.
VSVS:

VSVS: Tumor glandularum.
 COMP. *Farinae* IV resolventes.

ERVVM.

478. ERVVM *Lens* pedunculis subbifloris, feminibus compressis, convexis. *Sp. pl.* 1039. *Fl. dan.* t. 95.

Lens vulgaris. *Baub. pin.* 346.

LOC. Narbona, Galloprovincia. *Annua, cicur.*

PHARM. LENTIVM Semina.

QUAL. ficca, farinacea, insipida. *Exoleta, dubia.*

VIS: nutriens, flatulenta.

VSVS: Variola?

COMP.

479. ERVVM *Ervilia* germinibus undato-plicatis, foliis impari-pinnatis. *Hort. upf.* 224. *Sp. pl.* 1040.

Orobis siliquis articulatis, femine majore. *Baub. pin.* 346.

LOC. Geneva, Monspelium. *Annua, cicur.*

PHARM. ERVI Semina.

OROBIS Farina.

QUAL. ficca, farinacea, subinsipida. *Exoleta, infida.*

VIS: maturans.

VSVS:

COMP. *Farinae* IV resolventes.

CICER.

480. CICER *arietinum* foliolis ferratis. *Hort. cliff.* 370. *upf.* 224. *Sp. pl.* 1040.

Cicer fativum. *Baub. pin.* 347.

LOC. Italia, Hispania. *Annua, subcicur.*

PHARM. CICERIS Semina alba, rubra.

QUAL. ficca, farinacea, subnauseosa. *Rarior, dubia.*

VIS: nutriens, flatulenta, pellens, lithonthriptica?

VSVS: Tumor glandularum.

COMP. *Syr. althææ.*

GLYCYRRHIZA.

481. GLYCYRRHIZA *glabra* leguminibus glabris, stipulis nullis, foliolo impari petiolato. *Hort. cliff.* 494. *Sp. pl.* 1046.

Glycyrrhiza filiquosa vel germanica. *Baub. pin.* 352.
 Loc. Franconia, Narbona, Italia, Hispania.

Perennis, cicur.

PHARM. LIQVIRITIAE Radix, Succus inspissatus, Extractum, Essentia, Syrupus, Baculi, Trochisci.

QUAL. mucilaginosa, dulcissima. *Trita, eximia.*

VIS: edulcorans, incrassans, expectorans, anthelminthica.

VSVS: Asthma, Nephritis, Stranguria, Rheumatismus, Tussis, Arthritis, Phlogistici.

COMP. Syr. glycyrrhizæ; Syr. althææ; Andromach. *El. diacathol; Spec. diatragacantha; Lob. althææ.*

INDIGOFERA.

482. INDIGOFERA *tinctoria* foliis pinnatis obovatis, racemis brevibus, caule suffruticoso. *Syst. nat.* 13. p. 564. *Sp. pl.* 1061. *Fl. zeyl.* 273. *Hort. ups.* 208.

Coluteæ affinis fruticosa, floribus spicatis purpureis.

Sloan. jam. 2. p. 34. t. 179. f. 2. *Trew. ebret.* t. 54, 55.

Loc. India. *Frutex, ferus.*

PHARM. INDIGO commune, optimum.

QUAL. fucci fæculæ exsiccatae cæruleæ, tinctoriæ.

Externa.

VIS: obstruens! pthiriaca.

VSVS: Diarrhœa, Lochia.

COMP.

GALE--

481. [Antiqui utebantur *Glycyrrhiza echinata*, vid. *Diosc. III.* 7. quæ nostro tempore in imperio Rossico ad succum parandum adhibetur.]

482. [INDIGO *americanum* plerumque ex *Indigofera argentea* paratur, *orientale* e tinctoria.]

GALEGA.

483. GALEGA *officinalis* leguminibus strictis erectis, foliolis lanceolatis striatis nudis. *Sp. pl.* 1062.
 Galega vulgaris. *Baub. pin.* 352.
 LOC. Hispania, Italia. *Perennis, subcicur.*
 PHARM. GALEGAE Herba.
 QVAL. subaromatia. *Rarior, dubia.*
 VIS: sudorifera?
 vsvs: Pestis? Petechia? Morfura?
 COMP.

ASTRAGALVS.

484. ASTRAGALVS *Tragacantha* caudice arbore-scente, petiolis spinifcentibus. *Sp. pl.* 1073.
 Astragalus aculeatus fruticosus massiliensis. *Pluk. alm.* 60.
 LOC. Gallia australis, Sicilia, Olympus. *Frutex, mansuetus.*
 PHARM. TRAGACANTHAE Gummi album, nigrum.
 QVAL. mucilaginoso. *Trita, prestans.*
 VIS: lubricans, demulcens, obtundens.
 vsvs: Tussis, Raucedo, Nephritis, Stranguria, Colica:
 COMP. *Species diatragacanthæ; Rotulæ diatragacanthæ; Troch. alhandali; Troch. alkekengi.*

TRIFOLIVM.

485. TRIFOLIVM *Melilotus officinalis* leguminibus racemosis nudis dispermis rugosis acutis, caule erecto. *Fl. suec.* 663. *Sp. pl.* 1078.
 α. *Melilotus officinarum germaniæ.* *Baub. pin.* 331.
 β. *Melilotus officinarum germaniæ, flore albo.* *Baub. pin.* 331.

N 4

LOC.

484. [TRAGACANTHAM, plurimam, si non omnem quæ venalis proferat, erogat *Tragacantha cretica incana, flore parvo lineis purpureis striato.* *Tournef. cor.* 29. *voy.* 1. p. 64. t. 64. *Geoffr. mat. med.* 1. p. 578.]

LOC. Europa australior, Scania, Gothlandia.

PHARM. MELILOTI ALBI Flores, *Biennis, cicur.* Herba.

CITRINI Flores, Semina.

QUAL. fragrans, gravis, mucilaginoso.

Trita, præstans.

VIS: resolvens, emolliens, lubricans.

VSVS: Dysuria, Leucorrhœa.

COMP. *Empl. meliloti.*

486. TRIFOLIUM *repens* capitulis umbellaribus, leguminibus tetraspermis, caule repente. *Fl. suec.*

665. *Sp. pl.* 1080.

Trifolium pratense album. *Baub. pin.* 327.

LOC. Europæ pascua. *Perennis, vulgatissima.*

PHARM. TRIFOLII ALBI Flores.

QUAL. suaveolens.

Rarior.

VIS:

VSVS: Arthritis.

COMP.

TRIGONELLA.

487. TRIGONELLA *Fœnum græcum* leguminibus seffilibus strictis erectiusculis subfalcatis acuminatis, caule erecto. *Hort. ups.* 229. *Sp. pl.* 1095.

LOC. Monspelim.

Annua, cicur.

PHARM. FOENI GRAECI Semina, (O).

QUAL. fragrans, mucilaginoso. *Trita, præstans.*

VIS: emolliens, inviscans, lubricans.

VSVS: Ophthalmia, Dysenteria, Diarrhœa.

COMP. *Empl. meliloti; Empl. Diachyl. simpl. Empl.*

Diach. comp; Vngu. althææ; Lob. fanum; Syr.

præstans; Enemata. Hippitris.



CLASSIS XVIII.

POLYADELPHIA.

PENTANDRIA.

THEOBROMA.

488. THEOBROMA *Cacao* foliis integerrimis. *Hort. cliff.* 379. *Amæn. acad.* 7. p. 256. *Sp. pl.* 1100. *Iacq. obs.* 1. p. 2.

Cacao. Catesb. car. 3. p. 6. t. 6. *Merian. sur.* p. 26. t. 26. 63. [*Sonnerat. voy.* p. 101. t. 61.]

LOC. Americæ meridionalis uliginosa.

Arbor, peregrina.

PHARM. CACAO Fructus, (O) (*Butyrum*).

QUAL. pinguis, subamara. *Culinaris, præstans.*

VIS: nutriens, aphrodisiaca, calefaciens tost;

VSVS: Tabes, Hypochondriasis, Hæmorrhoids. (O) Rhagas.

COMP. Chocolata.

ICOSANDRIA.

CITRVS.

489. CITRVS *Medica* petiolis linearibus. *Hort. cliff.* 379. *upf.* 236. *Sp. pl.* 1100.

α. *Malus medica. Baub. pin.* 435.

LOC. Media, Persia.

Arbor, mansueta.

PHARM. CITRI Flavedo, *Essentia de cedro.*

Cortex, Conditus, Essentia, ∇, ∇, ∞.

Caro, Conditata, Succus, Conserva.

Syrupus, Semina, Flores.

QUAL. *Flav.* aromatica, odorata vesiculis oleosis.

Cor. alba obstipans, tonica. *Pulp.* acida. *Sem.*

amara. *Fl.* fragrans.

Trita, optima.

N 5

VIS:

vis: *Flav.* cardiaca, pellens, stomachica. *Pulp.* refrigerans, diuretica. *Sem.* anthelminthica. *Fl.* analeptica.

vsvs: *Pulp.* Putridi, Phlogistici, Sitis, Scorbutus, Raucedo.

COMP. *Acet.* prophyl.

β. *Malus Limonia acida.* *Baub. pin.* 436.

LOC. India.

